c *accedit quo*: α in *aliquid* (*locutionem in aciem sim. prodire v. sub II A 2*): LVCIL. 897 (*fort. in imag.*) in lutum. RHET. Her. 4, 10, 14 in alveum. LVCR. 6, 403 Iuppiter ... in eas tum (*nubes*) -it. CIC. Tusc. 2, 9 in Academiam (3, 7 fat. 19). 4, 7 in inferiorem ambulationem. 5, 5 off. 3, 38. NEP. Alc. 6, 1 in Piraeum (QVINT. inst. 8, 6, 64). OV. fast. 6, 754 anguis -it in herbas. VAL. MAX. 1, 8, 10 in intimam sacri specus partem (PLIN. nat. 28, 147. LVCAN. 10, 19 in antrum). VITR. 9 pr. 10 in solium (CELS. 1, 3 p. 16, 27 *al.* CAPER gramm. VII 94, 19. *cf. infra l. 73*). CELS. 1, 3 p. 18, 16 in aquam (OPTAT. 4, 7 p. 113, 10 VVLG. act. 8, 38. SEDVL. carm. pasch. 3, 232 in medias discendit in aquas [*sic plurimi codd.*]. *cf.* SEN. epist. 58, 23 in idem flumen bis -imus et non -imus. 83, 5 in frigidam. CVRT. 3, 5, 2 in flumen. PLIN. nat. 25, 88 in calidam. STAT. Theb. 5, 402 in undas. IVV. 6, 522 in amnem). PETRON. 102 in scapham (SPART. Carac. 5, 8). 111. 131. VAL. FL. 6, 244 moriens -it in hastam (*i. delabitur*). ACT. Arv. a. 87 II 33 in t⟨etr⟩astylum desciderunt (a. 89 II 68). PLIN. nat. 10, 125 in situlam. 23, 63 in cupas. STAT. Theb. 10, 367 in silvas. QVINT. inst. 8, 3, 84 in equum. IVV. 3, 17 in vallem Egeriae. 6, 623 -ere iussit in caelum (*cf.* SCHOL. *ad l.*). SVET. Nero 12 in orchestram senatumque. GAIVS inst. 3, 219 ut in arborem ascenderet vel in puteum -ret (VLP. dig. 11, 3, 3, 1 VVLG. II reg. 17, 18). CAPITOL. Aur. 4, 8 in theatrum -ere vel spectaculis interesse. APVL. met. 9, 6 PS. APVL. Ascl. 6. TERT. anim. 55 nec ante ascendit in sublimiora caelorum quam -it in inferiora terrarum (adv. Prax. 30). adv. Marc. 4, 3 p. 438. adv. Prax. 16 (*in imag.*) ut facilius crederemus filium dei -isse in saeculum. ITALA exod. 19, 11. 18 (Cypr. testim. 2, 25. 3, 101) in montem [εἰς, VVLG. super] (ITIN. [Silv.] 5, 1. 9 VVLG. Ios. 18, 16 psalm. 132, 2). COMM. apol. 315 in tumulum. FILASTR. 125, 1 in infernum (VVLG. num. 16, 30. 33 psalm. 54, 16. 113, 17. 138, 8 Iob 17, 16 Bar. 3, 11 Ezech. 31, 17 Matth. 11, 23). AVSON. 445, 3 Minerva in Ithacam -it (*i. delabitur*. 468, 5). HIER. epist. 41, 4, 1. 45, 4, 1 in gehennae ignes. VVLG. exod. 15, 5 in profundum quasi lapis. Ios. 3, 16 in mare Solitudinis. iud. 7, 24 in occursum Madian (II reg. 19, 16 *saepe ibid.*). Ruth 3, 3. 6 psalm. 21, 30. 27, 1 in lacum (29, 4. 87, 5. 142, 7 prov. 1, 12 Is. 38, 18 Ezech. 26, 20. 31, 14. 16. 32, 18 *al.*). Ier. 49, 8 in voraginem. Ioh. 5, 4. 21, 9 Rom. 10, 7 *al.* PETR. CHRYS. serm. 68 p. 394ᴮ (*in imag.*) -it deus in carnem. TAB. devot. Audollent 270, 21 δεσχενδο ιν αδυτους Οσυρις. INSCR. Röm. Quartalschr. XXII (1908) p. 148 (*Romae ex catacumbis*) -entib(us) in cripta(m). in *cum abl.*: PETRON. 73 in solio (*sic trad.*) ... -imus (SCHOL. Iuv. 2, 142. *cf.* CORP. VI 579 in piscina virili -ere). ITIN. [Silv.] 2, 7 in quo *monte* -it maiestas domini (2, 5 ubi). OPTAT. 1, 10 p. 10, 15 Christi caro dum in Iordane -it et ascendit (FAVST. REI. serm. 7 p. 247, 29 in Iordanis alveo). VVLG. Is. 63, 14 animal in campo -ens. ITIN. Theod. 21 in qua petra ambo humeri eius -erunt, sicut in cera molle. DRAC. Romul. 8, 14 (*in imag.*) in Aonio -it fonte poeta. ITIN. Anton. Plac. rec. 31 -entibus nobis in via. 33 in quo theatro. *adde* 11 -it sacerdos in fluvium ... omnes -unt in fluvio. *fortasse huc pertinet* COMM. apol. 756 (*in imag.*) in quorum (*servorum*) saepe -unt sanguine diri (*i. qui eos saepe trucidant*). *nota singularia in imag.*: in *aliquem*: MANIL. 2, 108 quem denique in unum -it deus atque habitat (*de afflatu poetico*). PERS. 4, 23 ut nemo in sese temptat -ere (*i. quasi in ipsius pectoris sinus penetrare*. SCHOL. *ad l.* ut nemo intrinsecus se considerat, nemo vult sese experiri). RVFIN. hist. 4, 11, 5 qui -it in Iesum (κατελθόντα εἰς). β ad: CIC. leg. frg. 4 ad Sirim. VERG. Aen. 6, 404 ad genitorem imas Erebi -it ad umbras (LVCAN. 9, 818 STAT. Silv. 3, 3, 206 Theb. 10, 404 MART. 1, 101, 5. 11, 84, 1). 12, 649 ad vos anima ... -am. HOR. epist. 1, 7, 11 ad mare -et vates (VVLG. Ioh. 6, 16). OV. met. 10, 13 ad Styga (SEN. Phaedr. 928 ad antra Stygia). 14, 830 Irin ad Hersiliam -ere ... imperat. LIV. 9, 22, 10 ad pedes -nsum est ab Romanis (*sc. ex equis*. 22, 49, 3. 29, 2, 13). SEN. apocol. 13 ad inferos (APVL. met. 6, 17 PORPH. Hor. carm. 4, 7, 27 PROB. Verg. georg. 4, 467 HYG. astr. 2, 7 p. 43. 2, 79 p. 81, 7 *al.* HIER. epist. 39, 4, 5 interpr. Iob 17, 16. VVLG. Iob 21, 13 ad inferna. Ezech. 31, 15. 32, 27 ad infernum. Am. 9, 2 usque ad infernum. *al.* ITALA Is. 14, 15 [Cypr. epist. 59, 3] ad inferos -es in fundamenta terrae [εἰς ... εἰς, VVLG. ad infernum detraheris in profundum laci]). SIL. 17, 267 ad manes. STAT. Theb. 9, 655 ad inania vidi Tartara *cultorem* ... -ere. IVV. 10, 113 ad generum Cereris (*i. Plutonem, ad inferos*) sine caede ... pauci -unt reges. PORPH. Hor. epod. 13, 1/2 cum imbribus ad terras Iuppiter -at. FIRM. err. 12, 8 ad Endymionem Luna -it. COMM. instr. 2, 1, 22 Christus -it ad suos electos. HIER. epist. 18ᴬ, 3, 2 ad terras (18ᴬ, 8, 2. 18ᴬ, 16, 1 SVLP. SEV. chron. 2, 7, 5 mor. 24, 25 SEDVL. epist. 1 p. 6, 7). 18ᴬ, 8, 3 ad Moysen. 22, 38, 3 VVLG. gen. 24, 16 ad fontem (24, 45). 37, 35 exod. 19, 25 I reg. 25, 20. psalm. 106, 26 ascendunt usque ad caelos et -unt usque ad abyssos. Ion. 1, 5. 2, 7. *al.* AVG. civ. 16, 5. γ *dativ.*: CARM. de bell. Aeg. 52 solio. SIL. 9, 529 terris. 13, 708 nocti (*i. ad inferos*). 13, 759 Erebo (STAT. Theb. 11, 464). δ *accus.* (*cf. p. 641, 56*): IVV. 14, 266 quique solet rectum -ere funem. HEGES. 3, 25, 3 alii -entes (*Casell.*, ascendentes *ed. pr. Paris*, ἐπιβαίνοντες τῶν σκαφῶν *Ios.*) navigia in lacum demergebantur. AVG. in psalm. 118 serm. 27, 7 montes -erunt pedes mei, etsi non diceret per montes vel in montes ... scalas -it, etsi non dicatur per scalas aut piscinam -it, etsi non dicatur in piscinam (= BEDA gramm. VII 270, 10). ACT. Arv. a. 219, 7 desciderunt lucum. VVLG. Iudith 10, 11 montem (ITIN. [Silv.] 3, 1. 36, 2 Burdig. p. 595 [*a. 333*]). Is. 38, 8 gradus (*cf. p. 651, 36*). SEDVL. carm. pasch. 5, 137 tartareum -erit usque profundum. ALC. AVIT. carm. 5, 629 non duce me quisquam siccum -erit aequor (*cf.* VVLG. psalm. 106, 23 *p. 645, 49*. HIST. Apoll. rec. A 28 ratem. *nota in imag.*: APVL. met. 5, 21 altum soporem -erat *maritus*. ε super: VVLG. gen. 15, 11 volucres super cadavera. exod. 19, 20 dominus super montem Sinai. Is. 34, 5 super Idumaeam. Ioh. 1, 33. RVFIN. apol. Orig. 4 p. 566 spiritus sanctus super Christum -isse perscribitur. ζ *adverb.*: VARRO rust. 3, 11, 2 quo (OV. met. 4, 380 FEST. p. 298 COLVM. 9, 5, 2 AVG. civ. 17, 11). NEP. Paus. 4, 5 huc (HOR. sat. 1, 2, 34 OV. met. 10, 21). OV. met. 4, 435 illac. HYG. Gell. 10, 16, 9 illuc (TERT. bapt. 5). SEN. nat. 5, 15, 4 illo.

d *accedunt unde et quo*: TERT. adv. Marc. 4, 7 in quod *caelum* de suo ante -erat (*bis*). 4, 36 p. 546 ab alio deo -isse Iesum ad detectionem creatoris, ad destructionem legis. ITIN. [Silv.] 2, 3 illinc denuo ad illud caput vallis -remus. PANEG. 3, 10 in terras caelo -rent. VVLG. exod. 19, 14 de monte ad populum. I reg. 9, 25 de excelso in oppidum. *nota*: FLOR. epit. 3, 10, 13 *Romani* inde (*sc. e scutis*) in iugulos gladiis -bant (*cf.* CLAVD. 26, 601 altius haud unquam toto -imus ense in iugulum Scythiae, *sc. vulnerandum*. *cf. p. 643, 82*).

e *seq. infinit. vel supinum vel* ad *cum gerundivo* (*cf. l. 49*): HOR. carm. 3, 21 -e ... promere ... vina (*cf.* PORPH. *ad l.* pro -e ut promas). ITALA gen. 11, 5 (Aug. civ. 16, 5 *al.*) -it dominus videre civitatem (κατέβη ... ἰδεῖν, VVLG. -it, ut videret). exod. 2, 5 (Ps. Prosp. prom. 1, 33) -ens ... lavari (κατέβη ... λούσασθαι, VVLG. -bat ... ut lavaretur). VVLG. IV reg. 8, 29. Luc. 17, 31 ne -at tollere illa. act. 7, 34 liberare. RVFIN. Adamant. 2, 3 salvare homines. CASSIAN. inst. 4, 27 (*in imag.*) super tectum euangelici culminis stabilitus quid -is tollere aliquid de domo tua? LIV. 3, 30, 4 *et* 10, 31, 2 *v. p. 645, 42 sq.* 45, 27, 8 per quod *os specus* oraculo utentes sciscitatum deos -unt. PROB. Verg. ecl. 6, 43 *Argonautae cum* aquatum -issent. VVLG. IV reg. 9, 16 ad visitandum Ioram. 10, 13.

2 speciatim: a *t. t. ad forum, comitia, campum sim. venire* (*opp.* redire): VAL. ANT. hist. 62 funere locato ad forum -didit (CIC. Att. 1, 18, 1 Q. CIC. pet. 2, 54 LIV. 24, 7, 3. 34, 1, 5 SEN. dial. 1, 3, 8). CIC. de orat. 2, 267 in forum -ens (Sest. 78 rep. 6, 2 Att. 2, 16, 2 LIV. 3, 18, 4. 3, 56, 2. 4, 14, 1. 5, 30, 1 ASCON. Scaur. p. 29 QVINT. decl. 325 p. 279, 16 FRONTO p. 189, 3 N. *cf.* OV. fast. 6, 397 huc [*sc. in forum*] ... matronam vidi -ere. SIDON. epist. 1, 11, 7 BOETH. in Porph. comm. sec. 1, 5 p. 149, 14). CIC. fat. 34 in campum (*sed alibi de petitore*: HOR. carm. 3, 1, 11 hic generosior -at in campum petitor. LIV. 7, 18, 9. 24, 7, 11. 26, 18, 6 VELL. 2, 92, 3 VAL. MAX. 7, 5, 4. 8, 15, 4. 9, 11, 6). ASCON. Mil. p. 43 ad comitia consulum creandorum (SVET. Iul. 13). PLIN. epist. 5, 9, 1 in basilicam Iuliam. SVET. Claud. 34 ad spectaculum. Vit. 15 ad rostra. SPART. Did. 4, 3 in curiam. *huc pertinere videtur*: CORP. I 1490 (= XII 4190) ad suffragia. *absolute*: CIC. Brut. 87 consules -isse. Verr. 3, 92 mane -it. Sull. 68 -ere ... cum lictoribus. Mur. 52 cum firmissimo praesidio (Phil. 8, 6 ASCON. Mil. p. 40). Phil. 2, 15 hodie non -it Antonius. 14, 14

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cum fascibus. CAEL. Cic. epist. 8, 4, 1 quam certa opinione -erat. 8, 8, 11. Q. CIC. pet. 35 certis temporibus -ito. LIV. 2, 54, 8 SEN. apocol. 12 benef. 3, 27. ASCON. Corn. p. 60 consules. p. 76. PLIN. epist. 5, 13, 2. *huc fortasse referendum*: CATVLL. 112, 2 multus homo es, Naso, neque multus homo est qui -it (*sunt qui obscaeno sensu intellegant, alii emendant*).

b *de militibus exercituque, rarius de aliis, ex superiore loco in aequum proficiscentibus necnon ex interiore regionum parte ad quodlibet locum inferius situm, velut mare, flumen, litus sim., hic illic de septentrione in meridiem,* καταβαίνειν: α *absolute*: SALL. Iug. 94, 2 eademque ascendens -ensque (VEG. mil. 1, 27 in clivosis ... locis et -ere et ascendere utraque acies cogebatur). VERG. Aen. 11, 450 Tyrrhenamque manum totis -ere campis. LIV. 3, 48, 2 cum armatis -isse. 34, 30, 7. 44, 5, 1. LVCAN. 2, 392 -ens agmine. 3, 286. 7, 215 *miles* -ens ... non temere immissus campis. STAT. Theb. 4, 347 his vulgatum -ere viribus Argos (*metonymice*). 5, 145 putes agmen -ere. SIL. 16, 635 AVR. VICT. Caes. 33, 1 AMM. 24, 1, 9 VVLG. gen. 44, 26. iud. 1, 9 -entes pugnaverunt. *al.* β *accedit unde* (*cf. p. 643, 28*): CAES. civ. 3, 65, 2 cum cohortibus XII -ens ex loco superiore. SALL. Iug. 50, 2 monte. 50, 3. VERG. georg. 2, 497 Dacus ab Histro. SIL. 17, 647 Liber ab Indis. VVLG. gen. 38, 1 a fratribus suis. iud. 9, 37 populus de umbilico terrae. Iudith 6, 10. Luc. 10, 30 -bat ab Ierusalem. CLAVD. 20, 468 sunt qui per Cilices rupto -ere Tauro ... ferant. 21, 198 a primo -ens fluminis ortu ad bifidos tractus ... perstrinxit iter *Stilicho*. COMM. apol. 426 -at abinde. OROS. hist. 3, 15, 10 ab Oriente. 3, 23, 43 ex Asia maiore. CORIPP. Ioh. 2, 116 calidis ab oris. γ *accedit quo* (in, ad, *acc.*): LENT. Cic. epist. 12, 15, 7 per Amanum in Ciliciam (*sim. persaepe, ex. gr.*: LIV. 21, 44, 3 in Italiam. 25, 22, 8 ad Capuam. 26, 9, 12 Gabios. 26, 25, 4. 27, 30, 1. 28, 7, 16. 36, 10, 13. 36, 13, 2 NEP. Arist. 1, 5 CVRT. 4, 1, 15 PLIN. nat. 6, 15 SVET. Tib. 10 FLOR. epit. 3, 3, 11 TERT. adv. Marc. 4, 7 p. 433, 15. ITALA gen. 46, 27 [Aug. civ. 14, 4] in Aegyptum [εἰσελθοῦσαι, VVLG. ingressae sunt in]. *alibi saepe ex. gr.*: HIER. chron. a. Abr. 361 VVLG. gen. 12, 10. 26, 2. 46, 3 num. 20, 15 deut. 10, 22 SVLP. SEV. chron. 1, 8, 2 GREG. TVR. Franc. 1, 9]. ITIN. [Silv.] 16, 5. 20, 5 VVLG. Am. 6, 2 Ioh. 2, 12 act. 8, 5. 15, 30. 16, 8 PALLAD. hist. mon. 2, 2, 6). CAES. Gall. 7, 53, 2 in aequum locum (BELL. Afr. 79, 1 Hisp. 25, 3. Alex. 60, 3 in aequum [LIV. 1, 12, 1. 7, 14, 10. 10, 14, 8. 22, 11, 11 STAT. Theb. 6, 930 SVLP. SEV. chron. 2, 21. *in imag.* SEN. benef. 2, 13, 3 STAT. Theb. 11, 398]. FRONTIN. strat. 2, 5, 18 in plana [FLOR. epit. 3, 5, 28 VVLG. iud. 1, 34 ad planiora]). BELL. Alex. 74, 3 in ... vallem (74, 4 Hisp. 28, 2). LIV. 1, 45, 7 ad Tiberim (23, 28, 6 ad Hiberum). 3, 30, 4 exercitum praedatum -isse in agros (4, 21, 6 populandi -rent in agrum. 7, 25, 13. 10, 31, 2. SIL. 15, 530 temeratis Alpibus ... in nostros -it agros). 3, 60, 9 in suum quisque locum. 10, 27, 7 -nsum in campum omnibus copiis (22, 13, 6. 23, 29, 2. 27, 33, 1. 34, 25, 4. 37, 18, 12 *al.* LVCAN. 4, 703 campum miles -at in aequum. 7, 237 in planos ... campos. TAC. hist. 3, 63 VVLG. Iudith 2, 17). LIV. 23, 15, 1 ad mare (28, 5, 2. 45, 34, 7 PLIN. nat. 7, 26. VVLG. psalm. 106, 23 -unt mare in navibus [εἰς τὴν θάλασσαν. *sed cf. p. 644, 39*]. *adde* OV. epist. 17, 97 in altum). LIV. 24, 12, 4 ad lacum Averni. 35, 30, 11 in patentes vias. 44, 45, 12 ad flumen (PLIN. nat. 6, 39 ad Cyrum amnem. 8, 2). VAL. MAX. 2, 2, 4 ad quorum *hostium* colloquium -bant. VELL. 2, 120, 3 ad inferiora hiberna. CVRT. 4, 7, 9 ad Mareotin paludem. 7, 11, 27 in castra (AMM. 31, 11, 6 per idem flumen ad Martis castra. VVLG. iud. 7, 9. 11. I reg. 26, 6). PS. QVINT. decl. 12, 12 nec impetus irae meae in digitos -it. FRONTIN. strat. 2, 4, 6 in terga hostium. TAC. hist. 3, 69 circa lacum Fundani -entibus. 4, 56 in coloniam. SVET. Aug. 16 ad latus. FLOR. epit. 3, 20, 4 ad imas eius *montis* -ere radices. ITIN. [Silv.] 7, 7. AVIEN. ora 145 in marinos iam locos -ere fugacem gentem. HIER. chron. a. Abr. 238 in Mesopotamiam. VVLG. Ios. 15, 10. 16, 3 ad occidentem. 18, 18 in planitiem. iud. 15, 11 -erunt ergo tria milia virorum de Iuda, ad specum silicis Etam. *al.* I reg. 13, 20 *al.* II reg. 5, 17 in praesidium. 11, 9 ad domum suam (11, 10 in domum. *al.*). IV reg. 2, 2 I par. 11, 15 act. 18, 22 *persaepe*. CLAVD. 26, 601 *v. p. 644, 54*. PAVL. MED. vita Ambr. 27 ad Tusciam usque -it (*i. in austrum versus*). PALLAD. hist. mon. 2, 6 ne compellar -ere ad civitatem seu ad vicos ... iterumque -ere et reverti ... occasionem ... -endi et ascendendi. ACT. Petr. 3 in portum. 5 -it Caesaream et ... ascendit navem. *nota* ad *personas*: CVRT. 4, 6, 3 ad se. 8, 10, 33 ad regem (VVLG. III Esdr. 1, 29). RVF. FEST. 25 in Persas -bat agminibus. VVLG. I reg. 10, 8 II reg. 23, 21 IV reg. 1, 15 I Macc. 10, 71 II Macc. 11, 29 act. 10, 21 *saepe.* δ *accedunt unde et quo*: CAES. civ. 3, 98, 1 ex superioribus locis in planitiem. LIV. 3, 7, 5 ab Tusculana in Albanam vallem 7, 29, 6 inde ... in planitiem. 21, 37, 6 inde ad planum -nsum. act. 12, 15 a Iudaea in Caesaream. ITIN. Anton. Plac. rec. A 17 de monte in vallem.

c *sensu obscaeno*: VARRO rust. 2, 7, 9 cum eum (*sc. equum*) ... coegisset matrem inire, cum -enti (*sc. post admissuram*) dempsisset ab oculis, ille ... interfecit *aurigam*. *aliter*: VERG. georg. 2, 326 pater omnipotens ... Aether coniugis in gremium laetae -it (*cf.* TERT. nat. 2, 12 Caelum -it ad sponsam aut Terra ascendit ad sponsum [*nisi ad p. 644, 20 referre malis*]). IVV. 11, 164 *ut* ad terram tremula -ant clune puellae (*saltantes*).

B *de rebus (saepe personatis vel in imagine) i. q. delabi, decidere, demitti, dependere, mergi, deduci sim.*: **1** *generatim*: **a** *absolute*: LVCR. 6, 438 turbo. LABER. mim. 20 mammae mihi -diderant. VITR. 8, 6, 13 lucerna accensa demittatur, quae si permanserit ardens sine periculo -etur. CELS. 2, 8 si sanguis et strigmenta -unt. 2, 17 salsus et calidus sucus. 5, 28, 13. 19. 7, 4 umor. 7, 12, 3. 7, 15 sub osse -ere (*sc. venas, ut videtur*). 7, 18 testiculus (PLIN. nat. 32, 108). 7, 20. 21. 27. 8, 1. 2 *saepe*. SEN. dial. 8, 5, 5 gravia ... -erint, evolaverint levia. epist. 5, 3 (*in imag.*) non habeamus argentum, in quo solidi auri caelatura -erit (*i. ut celetur corrumpaturque*). nat. 2, 9, 3 discus. 2, 13, 1 non -it ignis, sed praecipitatur et deducitur (7, 21, 2. 7, 22, 2 COMM. apol. 1006 LVCIF. Athan. 1, 18 p. 98, 15). 3, 25, 5. 6, 23, 4 spiritus (*i. aer*). 7, 14, 2 moles. COLVM. 6, 19, 2 -entibus per foramina regulis. LVCAN. 6, 383 aratrum. 6, 714 animam (*sc. in Orcum*). PETRON. 134 lunae -it imago (EVSTATH. Bas. hex. 6, 11 p. 934C -entem *lunam*). PLIN. nat. 2, 164. 17, 118. 19, 66 -entibus *cucuminibus in aquam*. 31, 48 ferramenta (*in terram*). VAL. FL. 1, 686 zephyros. 3, 575 noctem. 7, 25 grataque iam fessis -unt flamina remis. 7, 55. 8, 332 *ratis*. SIL. 13, 529. STAT. silv. 5, 5, 41 umbris. Theb. 7, 115 nutare solum aut veteres -ere silvas ... vidisse putant. 9, 262 galeasque vetant -ere cristae. QVINT. inst. 11, 3, 95 quanto priores *digiti* -erunt. IVV. 10, 58 statuae. VLP. dig. 39, 3, 1, 18 *aqua* per fundum vicini. ITALA deut. 32, 2 (Lugd., Verec. in cant. 2, 2 *al.*) -ant, sicut ros, verba mea (καταβήτω, VVLG. fluat). Iob 36, 16 (Hier. interpr. Iob codd. β μ) -it mensa (κατέβη, VVLG. *aliter*). Matth. 7, 25 (Lact. inst. 4, 10, 10 *al. et* VVLG.) pluvia (HIER. in Is. 30, 25 DRAC. laud. dei 3, 25 GREG. TVR. Franc. 3, 13). PS. APVL. Ascl. 32 (*in imag.*) usque ad humanum ... animal sensus divinitatis -endo pervenit. OPTAT. 4, 7 p. 113, 17 spiritale oleum. EXPOS. mundi 53 Dyrrachium ... a deo mari mersa ... -it. VVLG. exod. 33, 9 columna nubis. Is. 38, 8 per quas *lineas* -erat *umbra solis* in horologio. Iac. 3, 15 non est ... sapientia desursum -ens, sed terrena. VINDIC. gyn. p. 432g sanguis per fronte (432 l). med. 9 PETR. CHRYS. serm. 120 p. 527A. 128 p. 554B. ORIBAS. syn. 1, 12 reuma. VEN. FORT. carm. 5, 6, 8 (*in imag.*) nec evagari propter -entes versus (5, 6, 9). CORP. III 7756 numen aquilae descidisse (*sic*). *nota*: SEN. epist. 36, 11 nihil in hoc mundo extingui, sed vicibus -ere (*i. ut ex conspectu dispareat*) ac surgere.

b *accedit unde*: de: VARRO rust. 1, 54, 1 *uva* prius debet -ere de vite. PS. APVL. Ascl. 2 quidquid de alto -it. HEGES. 4, 18, 38 de caelo -it ignis (VVLG. IV reg. 1, 10. 12. 14 II par. 7, 1. 3 II Macc. 2, 10 Luc. 9, 54 apoc. 13, 13 *al.* *adde*: VVLG. Is. 55, 10 nix de caelo. AVG. civ. 20, 17 de caelo -ere ista civitas dicitur. ITIN. Anton. Plac. rec. A 39). VVLG. Ier. 13, 18 de capite vestro corona gloriae vestrae. AVG. civ. 10, 7. *adde*: SEN. nat. 2, 13, 4 hinc (*sc. de aethere*) -ere non potest *ignis*. ab: MANIL. 3, 478 -unt noctes a sidere brumae. 3, 662 (*in imag. et metonymice*) Liber gravida -it plenus ab ulmo. VITR. 10, 2, 4 ab summo ... funis -at et redeat ad suculum (PETRON. 102 a quorum regione funis -it). 10, 403 ab arbore ficus. PLIN. nat. 11, 178 a cerebro medulla -ente. ARNOB. nat. 2, 51 animas sede ab supera ... -ere. CHIRON 17 quae *venae* -unt ab angulis (26. 564). VVLG. Mich. 1, 12 (*in imag.*) malum a domino. RVFIN. hist. mon. 3 p. 407C *pelle* a collo post tergum ... -ente. *adde*: SEN. nat. 7, 1, 6 ipsum ab illis fluens lumen et calor inde -ens. ex: PAVL. FEST. p. 13 ex omni tecto pluvia -it. CELS. 5, 28, 12 ex quo *sinu pus* -at. IVV. 11, 27 (*in imag.*) e caelo -it γνῶθι σεαυτόν. *ablat.*: VERG. Aen. 4, 491 *v. p. 643, 27*. SEN. apocol. 4 aurea formoso -unt saecula filo ... mollia contorto -unt stamina fuso. COLVM. 10, 170 (*in imag.*) *plantae* montibus. PLIN. nat. 18, 357 nebulae montibus -entes aut caelo cadentes (VAL. FL. 3, 652 montibus auster). CLAVD. rapt. Pros. 2 pr. 21 ardua nudato -it populus Haemo (*sc. cantu Orphei*).

c *accedit quo*: in: VARRO rust. 1, 54, 2 quae *uva* in piscinam in amphoram ... -at, alia quae in arcam escendat. CIC. Tusc. 5, 75 (*in imag.*) beatam vitam in Phalaridis taurum -uram (5, 87). LVCR. 6, 732 in campos ... -ere ningues. OV. met. 1, 95 (*in imag.*) nondum caesa suis ... montibus in liquidas pinus -erat undas. 11, 517 inque fretum ... -ere caelum. 11, 532. MANIL. 1, 152 in tenues -it spiritus auras. 2, 461 (*in imag.*) Virginis in propriam -unt ilia sortem. PAVL. FEST. p. 360 sanguis in crura (CELS. 7, 19). CELS. 2, 8 suppuratio -it in crura. *ibid.* liquor ... in intestina (4, 1). 4, 6. SEN. Herc. O. 468 in terras ... luna (*cf. p. 644, 21*). nat. 2, 17 in aquam fervens massa. 3, 7 humor ... in inferiora. LVCAN. 3, 630 ratis ... -it in undas (PLIN. nat. 3, 128 Argo navis flumine in mare -it. SIL. 15, 152 classis in aequor. AVIEN. Arat. 768 *puppis* -it in aequora. 1253). 3, 724 (*in imag.*) qua iam non medius -it in ilia venter. PLIN. nat. 2, 146 fulmen ... -it in terram. 9, 94 (*in imag.*) *voluptatem* -ere in duo sensu carentia. 16, 74 (*in imag.*) -unt et in plana cornus ... fagus, carpinus. 26, 2 *lichenam* -entem vero et in colla pectusque. STAT. silv. 2, 3, 59 *arbor* -at (*i. dependeat*) in imos ... lacus. Theb. 1, 134 cervix -it in armos. 9, 279 ensis -it in undas. 10, 124 (*in imag.*) inque oculos penitus -it *Somnus*. 11, 195 Rhodope (*i. glacies Rhodopes*) -it in amnes. PLIN. epist. 6, 20, 11 nubes -ere in terras. MART. 1, 49, 27 vicina in ipsum silva -et focum. TERT. nat. 2, 4 (*in imag.*) sursum mens ascendere debuit de statu mundi, non in incerta -ere.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

pudic. 6 (*in imag.*) sermo dei -it in carcerem. FILASTR. 29, 5 -it Intellectus in mundum salutis causa hominum (*res personata*). VVLG. Iob 37, 6 ut *nix* -at in terram. psalm. 7, 17 (*in imag.*) in verticem ipsius iniquitas eius -et. 71, 6 pluvia in vellus. prov. 5, 5 (*in imag. et metonymice*) pedes eius -unt in mortem, sap. 11, 23 *al.* AVG. civ. 11, 27 *corpora* vel exsiliunt in superna vel in ima -unt vel librantur in mediis. FACVND. defens. 4, 2 p. 621^{C} (*in imag.*) rugae vero in altitudinem corporis -unt. *nota* in *c. abl.*: VITA Caes. Arel. 1, 51 ut nullus liquor in terra vel in linteo -ret. ad: VITR. 10, 2, 1 *funis* -it ad inferiorem *orbiculum* (10, 2, 9). CELS. 1, 4 ne ad cervices aqua -at. 4, 1. 6, 11 ad uvam ... -unt ulcera. 5, 26, 11 dolor ad inguina ... -it (CAEL. AVR. acut. 2, 19, 121 dolor ad inferiora). 5, 28, 14. 6, 18, 2. 7, 26, 2. 8, 4 umor ad membranam. SEN. nat. 3, 25, 6 ad aequilibrium aquae -unt. SIL. 8, 145 ad vos ... -et corporis umbra. PORPH. Hor. carm. 3, 13, 9/10 per quam *opacitatem* dicit calorem canicularium dierum ad eum non -ere. FIRM. err. 24, 5 verbum dei (*i. Christus*) -it ad terram (INSCR. christ. Rossi II p. 78, 3 lux arcana, dei verbum ... ad nos -it). VEG. mil. 4, 21 *sambuca* ut -at ad murum. VVLG. Sirach 35, 18 lacrimae viduae ad maxillam. EVSTATH. Bas. hex. 9, 2 p. 957^{B} ad plana -at *pila*. ITIN. Anton. Plac. rec. A 7 gradi -unt usque ad aquam. *al.* super: PRISCILL. Oros. 157, 15 velut ros eloquium tuum ut super eos -at expectent. GREG. TVR. Franc. 3, 28 fulgora ... super eos -unt. *nota* super *c. abl.*: ITIN. Anton. Plac. rec. A 9 super his locis -it ros, sicut pluvia. 15 super qua provincia ... nubes obscura -it. *seq. ablat. loci*: VERG. Aen. 5, 683 (*in imag.*) toto -it corpore *navis* pestis (*i. flamma*). STAT. Theb. 3, 57 qualis *clamor* bello supremus apertis urbibus aut pelago iam -ente (*i. dum mergitur*) carina.

d *accedunt unde et quo*: LVCR. 6, 427 ut interdum tamquam demissa columna in mare de caelo -at *prester*. MANIL. 4, 817 ut genus in terram caelo -it ab alto. GERM. frg. 3, 15 rara Sagittifero -it pluvia terris. CELS. 4, 1 iter urinae ... a cervice huius -it ad colem. 6, 8, 2 spiritus a naribus ad fauces. SEN. nat. 2, 19 ut ex aethere aliqua vis in inferiora -at. COLVM. 8, 15, 3 e litore -atur in aquam. PLIN. nat. 37, 180 (*in imag.*) ab oris gemmae ad radicem usque albo -ente. STAT. Theb. 11, 89 horrendus ab astris -it vos usque fragor (*i. tonitruus*). FLOR. epit. 2, 6, 9 Punici belli vis ... in Italiam ab illis ... nivibus velut caelo missa -it (*metonymice de Hannibale*). PAVL. dig. 39, 3, 2, 4 ex qua *fossa* ad inferiorem fundum aqua -it. TERT. bapt. 8 sanctissimus spiritus super emundata ... corpora ... a patre -it. COMM. instr. 2, 3, 1 de caelo -it civitas in anastase prima. AMBR. obit. Valent. 7 *in barbam sacerdotalem* de capite -it unguentum. VVLG. act. 8, 26 quae *via* -it ab Ierusalem in Gazam. MART. CAP. 3, 273 (*in imag.*) virgula a sinistra parte in dexteram ascendente ... a sinistra ad dexteram -ens (*de nota acuti et gravis accentus*). *nota*: APON. 7 p. 120 *corona* super Christum a capite dei in columbae specie in Iordane -it.

e *seq. infinit.*: INSCR. christ. Rossi II p. 145, 7 (*in imag.*) vox arcana patris ... -it terras luce replere sua.

2 ***speciatim***: **a** *in agricultura de herbarum sim. insertione, plantatione*: CATO agr. 45, 2 si parum -et *talea*, malleo ... adigito. COLVM. 11, 3, 62 soli duritia non patitur in altum -ere *rapae semina*. PLIN. nat. 16, 127 aesculus quantum corpore eminet, tantum radice -it (16, 129 non altius -ere radices. 21, 61). 17, 102 decisus -at in rimam calamus. 17, 106 fastigatio levi -at cuneo, tribus non ampliore digitis. 17, 154 dodrantales ... seruntur sic, ut -ant quae proxima arbori fuerint, duo oculi extra terram emineant. 19, 98 ut quae -at ad tria cubita. **b** *de vocis sim. demissione*: CIC. de orat. 3, 227 est item contra quiddam in remissione gravissimum quoque tamquam sonorum gradibus -itur. NIGID. Gell. 13, 26, 1 in casu vocandi summo tono est prima, deinde gradatim -unt. SEN. contr. 1 praef. 16 non illam *vocem* per gradus paulatim ab imo ad summum perducere, non rursus a summa contentione paribus intervallis -ere. SEN. epist. 15, 8 modesta *vox* ... -at, non decidat. QVINT. inst. 9, 4, 92 acres quae ex brevibus ad longas insurgunt, lēviores quae a longis in breves -unt. 11, 3, 65 *vox* attollitur autem concitatis affectibus, compositis -it ... altius vel inferius. **c** *de siderum, solis sim. occasu*: VERG. georg. 4, 335 eadem sidus fugiens ubi piscis aquosi ... caelo -it in undas. MANIL. 1, 687 per obliquum -ens tangit Olorem. 2, 849 quae pars occasus infra est imumque sub orbem -it. 3, 370 e medio praeceps -erit orbe inferiora petens. SEN. Herc. O. 1584 ante -et glacialis ursae sidus. nat. 1 praef. 12. 1, 3, 11 illo *sole* enim -ente altior est *arcus*, alto depressior. 1, 8, 2 numquam terra tenus -et arcus. 7, 17, 3. 7, 21, 4 huc itaque -it *cometes*. epist. 88, 26 -unt et allevantur ac speciem interdum stantium praebent *caelestia*. LVCAN. 8, 178 quidquid -et ab arbore summa Arctophylax. 9, 535 lentos -ere Pisces. PLIN. nat. 2, 65 subire eas *stellas* aut -ere per profundum aeris. 2, 67 haec erit latitudinum ratio ad austrum -entium *stellarum* aut ad aquilonem subeuntium (2, 71 ab exortu vespertino latitudo -itur parcius ... cum et altitudo -itur. 2, 76 *ter*). STAT. silv. 1, 6, 86. AVIEN. Arat. 650 imus ut australi -it circulus axe (MART. CAP. 8, 849 solaris ... circulus ... aut evehitur aut -it). 989 -it sol (RVFIN. hist. mon. 9 p. 424^{B} MART. CAP. 8, 820). 1030. 1253.

d *in re medica*: *de cibis, liquoribus sumendis*: HOR. epod. 2, 53 non Afra avis -at in ventrem meum. SEN. epist. 108, 15 nec enim cibi (*sc. ostrea et boleta*), sed oblectamenta sunt ad edendum saturos cogentia ... facile -ura, facile reditura. SIL. 14, 599 -ere fauces abnuerant siccae inosorum alimenta ciborum. SER. SAMM. 273 nec tamen in stomachum -at gutta patentem. MACR. sat. 7, 6, 3 cum *vinum frigidum* non tale -at, sed admixtum calidis concalescat. 7, 6, 6 -it *vinum* in viscera. 7, 7, 18 -it quod mustum grave est (*seq.* in intestina delabitur). VINDIC. med. 2 materies -ens per quosdam viarum meatus *corporis*. CYPR. GALL. exod. 633 septima quaque die nullum -ere victum. *angustiore sensu de deiectione alvi, purgatione corporis*: CELS. 1, 6 quae *olera* celeriter -unt. 2, 4. 7 non -it alvus. 4, 22 simul quaedam carnosa -unt (*ibid.* deicere) 4, 25 pituitae. 5, 26, 13 sanguinis pars per vulnus, pars per naturale -it. 5, 26, 19 ex ipso vulnere urina -it. 5, 26, 31. PLIN. nat. 23, 51 si cibus non -at. *adde*: CELS. 2, 3 lumbricos ... -isse nihil nocet. **e** *de telis infixis, necnon de vulneribus praecipue telis inflictis* (*cf. p. 644, 53*): OV. epist. 15, 276 non mea sunt summā leviter districta sagittā pectora; -it vulnus ad ossa meum (*in imagine de amore*). met. 3, 67 totum -it in ilia ferrum. LIV. 1, 41, 5 ferrum haud alte in corpus -isse. CELS. 5, 26, 35 si vel praefractus est *surculus* vel altius -it ... medicamento evocandus est. LVCAN. 1, 31 nulli penitus -ere ferro contigit: alta sedent civilis vulnera dextrae (*bello civili*). 6, 216 harundo ... in caput atque oculi laevum -it in orbem. SIL. 16, 543. STAT. Theb. 11, 53 subitum obliquo -it ab aëre vulnus. 12, 340 quanto -it vulnus hiatu. PS. QVINT. decl. 8, 19 (*in imag.*) *telum* leviter paulatimque -ens. 10, 8 SYMPH. 212 missaque -ens nullo mittente revertor (*i. sagitta*). HIL. trin. 10, 23 quamvis aut ictus incideret aut vulnus -ret. DRAC. laud. dei 1, 282 (*metonymice*) ne Massyla fames (*i. canes*) duros -at in armos *apri*. *adde*: CELS. 5, 26, 31 specillumque demissum -it aut in latus aut deorsum. **f** *de regionibus, montibus sim., i. q. porrigi, procurrere, attingere, patere sim.*: OV. fast. 3, 835 Caelius ex alto qua mons -it in aequum. MELA 1, 10 ora eius cum alveo Nili amnis ripis -it in pelagus. PETRON. 122, 145 ubi ... -unt rupes et se patiuntur adiri. PLIN. nat. 6, 142 Arabia ... a monte Amano e regione Ciliciae Commagenesque -it. VAL. FL. 1, 538 quae *regio* ... aequor ad Helles ... -it ab Euro. SIL. 8, 396 monte nivoso -ens Atina. PLIN. epist. 5, 6, 8 (*in imag.*) inde caeduae silvae cum ipso monte -unt. 8, 20, 6 in speciem carinae humili radice -unt. VVLG. num. 34, 11 de Sephama -ent termini in Rebla. MART. CAP. 6, 636 post Alpium montes ... incohat ac -it Italia. *huc pertinere videtur*: PLIN. nat. 31, 47 nec amplius puteum fodiunt coria terrae observantes, ut a nigra *terra* -at ordo supra dictus. **g** *i. q. subsidere*: SEN. epist. 79, 2 montis altitudo -it. PLIN. epist. 10, 39, 1 ingentibus enim rimis -it et hiat theatrum. VVLG. psalm. 103, 8 ascendunt montes et -unt campi *eqs.* **h** *de aquis, fluminibus*: *i. q. defluere, delabi*: SEN. nat. 4, 2, 22 -enti Nilo (4, 2, 23 MELA 1, 50. 53. OROS. hist. 1, 2, 30 *Nilum* ad sinistram ad Aegyptum -ere). CVRT. 9, 9, 10 intumescens mare et in campos -ere superfusum. MELA 2, 7 Asiaces. 3, 15. 39 ex Ceraunis montibus uno alveo -it. 3, 40. 69. 77. LVCAN. 3, 207 rectis -ens Marsya ripis. 6, 77 Thybris in mare -it (SIL. 1, 607). PLIN. nat. 6, 38. VAL. FL. 8, 219 in freta ... Hister -it. SIL. 8, 179. 13, 573 STAT. Theb. 7, 427. 8, 465. 9, 525 ab infestis -unt aequora saxis. PORPH. Hor. carm. 1, 29, 10 ut flumina in montes revertantur, unde alioquin -unt. ITIN. Alex. 8 EPIPHAN. Hier. epist. 51, 5, 5. EVSTATH. Bas. hex. 3, 6 p. 897^{A} *fluvii* ex superiore meridie -unt. ITIN. Anton. Plac. rec. A 7. *i. q. decrescere*: LVCAN. 5, 338 non magis ablatis umquam -erit aequor quam nunc crescit aquis. PLIN. nat. 31, 57 si longiore tractu veniet *aquae ductus*, subeat crebro -atque, ne libramenta pereant. **i** *de vestibus, capillis i. q. delabi, demitti*: CVRT. 6, 5, 27 sinus vestis (*i. sinuosa vestis*) ... infra genua -it. LVCAN. 2, 375 intonsos rigidam in frontem -ere canos passus erat. PETRON. 18 -entes ab aure capillos. SIL. 6, 427 horrida cano vertice -ens ... caesaries. STAT. Theb. 10, 644 vestes. QVINT. inst. 11, 3, 139 ut purpureae recte -ant. PLIN. epist. 4, 11, 9 stola.

II ***translate*** *et* ***in imagine,*** *notione quadam deorsum movendi saepe sublatente*: **A** ***de animantibus***: **1** *de progressu*: **a** *orationis, argumenti, narrationis i. q. transire ad*: VARRO ling. 5, 75 a summa parte ad infimam -am. SEN. contr. 1, 8, 1 sic -it in narrationem. 10, 4, 16 ad argumenta. CELS. 3, 5 nunc ad singulas earum species -am. QVINT. inst. 7, 3, 2 a qualitate ad finitionem -itur. 9, 2, 23 ad aliquid quod sit leve ... -imus. 9, 3, 55 priusquam ad aliud -at, in prioribus resistit. TERT. adv. Marc. 4, 25 p. 506 de superiore sensu -unt. PORPH. Hor. epist. 1, 3, 29 apte ab ipsa laude philosophiae -it ad inhibendum eius iracundiam. DIOM gramm. I 448, 13. FORTVN. rhet. 1, 29 p. 102 ad alteram partem. *al.* DON. Ter. Hec. 198 ad argumentum. SCHOL. Hor. Vind. ars 22. THEOD. PRISC. log. 39 ad chronica. gyn. 28. BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 22 p. 67, 4 ut ascendentes alicubi consistamus, non est dubium, quin -entes ... consistamus. 1, 25 p. 76, 3 a magis generibus usque ad magis species -amus. *sic saepe in dialectica, gr.* κατιέναι. NOVELL. Iust. 59, 2 sicut -entes (ὑποκατιόντες) dicemus. *huc referri potest*: BOETH. mus. 1, 33 p. 223, 4 qui *lector* ad interiorem scientiam posteriore tractatione -it. *nota impersonaliter*: RHET. Her. 4, 24, 25

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

gradatio est, in qua non ante ad consequens verbum -itur quam ad superiora conscensum est. **b** *temporis*: Varro rust. 2, 1, 3 necesse est humanae vitae ab summa memoria gradatim -isse ad hanc aetatem. 2, 1, 4 ex hac vita in secundam -isse pastoriciam. 2, 1, 5 tertio denique gradu a vita pastorali ad agriculturam -erunt ... et quo -erant, ibi processerant longe. *huc traxerim*: Ov. met. 11, 754 sunt si -ere ad ipsum (*sc. Aesacum*) ordine perpetuo quaeris, sunt huius origo Ilus et Asaracus *eqs.*

2 *i. q. in pugnam, certamen prodire, ad bellum proficisci sim. (cf. p. 645,7); persaepe in imag., vi praepositionis plerumque infracta*: Rhet. Her. 4, 3, 4 in artis curriculum (*seq.* in stadium rhetoricae prodire). 4, 42, 54 in magnam -at vitae dimicationem. Bell. Hisp. 18, 6 ad dimicandum (24, 2. 26, 6 Val. Max. 2, 6, 2. 2, 7, 6. 7, 4 ext. 2). ad (in) certamen: Cic. Tusc. 2, 12 Liv. 7, 14, 6. Val. Max. 8, 7 ext. 2 in certamen. ext. 13. 9, 2 ext. 7 Plin. nat. 21, 7. 35, 65 Qvint. decl. 317 p. 246, 6 Hyg. fab. 91 p. 87, 15. 273 p. 146, 16 Vvlg. I reg. 17, 8. in aciem: Liv. 8, 8, 1. 9, 14, 7. 10, 19, 12. 10, 27, 2. 10, 28, 14. 23, 40, 9. 24, 8, 1. 24, 17, 8. 27, 41, 5. 28, 33, 8. 29, 29, 9. 30, 8, 4. 31, 36, 4. 33, 18, 8. 37, 37, 8. 39, 2, 8 frg. 22 Val. Max. 3, 2, 3. 24. 3, 7 ext. 8. 6, 4, 5. 9, 3, 1 Sen. epist. 8, 5, 1 Qvint. decl. 367 p. 402, 24 Frontin. strat. 1, 11, 11 Svet. Aug. 96 Ivst. 14, 3, 1 Svlp. Sev. chron. 2, 21, 7. Pomp. Trog. Iust. 38, 8, 1 in Romana bella (Ivst. 15, 4, 21. *adde* 15, 1, 2 in periculum belli). Sen. dial. 1, 4, 2 ad Olympia (Svet. Nero 53). ad (in) pugnam (proelium): Sen. epist. 13, 2 Frontin. strat. 2, 1, 10. 11. 2, 5, 41 Val. Fl. 3, 518 Sil. 9, 303. Ivv. 7, 173 (*in imag.*) ad pugnam qui rhetorica -it ab umbra. Ps. Tert. haer. 1 p. 213 ad daemonem se -isse. Ivst. 21, 2, 5 Vvlg. I reg. 23, 8. 26, 10. 29, 4. 30, 24. Svlp. Sev. chron. 2, 21, 2 in conflictum. 2, 21, 6. 2, 25, 1. *adde* 2, 38, 5 in conspectum pugnae. Lvcan. 5, 67 in ancipites metuit -ere Martes. Petron. 14 in ambiguam litem. Qvint. decl. 345 p. 361, 17 in hanc contentionem. Hier. in Zach. 3, 12 p. 897 ad agonem. *nota absolute*: Cic. Verr. 3, 177 (*in imag.*) placet mihi ista defensio, -o ... aequum certamen proponitur. Sil. 4, 5 -isse ducem. Stat. Theb. 7, 248 Pelopis -ere totas audimus gentes (*potest etiam ad I A 2 b trahi*).

3 *i. q. se demittere, se conferre, procedere, submitti, se accomodare, persaepe pertinet ad aliquid indignum, molestum, nefas*:
a ad (in), *rem incorpoream (vel cum adv. loc.), bis* ad *aliquem*: Rhet. Her. 4, 9, 13 ad infimum. 4, 30, 41 in integram defensionem. Cic. Quinct. 51 *viri boni* pedetemptim istuc -unt. div. in Caec. 1 ad accusandum (Verr. 4, 6 Cluent. 10 Mur. 60 Sest. 89 Cael. 2 Qvint. inst. 4, 1, 49. 9, 2, 17 Ps. Ascon. div. in Caec. p. 97). Verr. 2, 97 quo ego vellem -uros pollicebantur. 4, 3. Tull. 5 ad male dicendum. Mur. 56 ad inimicitias. inv. 1, 3 ad ius sine vi. 2, 174 ad condicionem (Cael. Cic. epist. 8, 8, 9. Frontin. strat. 2, 10, 1 ad condiciones imperatoris. Svet. diff. p. 276 R. Phoebad. c. Arrian. 1).
Cic. de orat. 1, 252 ad iuris civilis perdiscendi occupationem. 2, 22 ad omnem animi remissionem ludumque (rep. 1, 67). rep. 1, 11 ad rationes civitatis. Lael. 64 ad quas *calamitatum societates*. Att. 8, 1, 3 invitus in eam causam -o (Liv. 36, 7, 6. Qvint. decl. 268 p. 95, 20 ad hanc causam. 291 p. 161, 25 Tac. hist. 3, 4 Clavd. Don. Aen. 1, 349).
Cic. Att. 7, 9, 3 si ille eo -at. 9, 18, 3 Cael. Cic. epist. 8, 11, 1 Pollio Cic. epist. 10, 33, 4. Brvt. Cic. epist. 11, 1, 3 ad novissima auxilia (Caes. civ. 3, 9, 3 ad extremum auxilium. Liv 23, 14, 3). Caes. Gall. 5, 29, 5 ad eiusmodi consilium. 6, 16, 5 ad innocentium supplicia. 7, 33, 1 ad vim atque arma. 7, 78, 1 ad Critognati sententiam. civ. 1, 5, 3 ad illud extremum atque ultimum senatus consultum, quo nisi paene in ipso urbis incendio ... ante -nsum (Vlp. dig. 7, 5, 11 ad senatus consultum). 1, 9, 5 ad omnia se -ere paratum. 1, 81, 5. 3, 83, 1 ad ... verborum contumelias. Verg. Aen. 5, 782 preces -ere in omnes (Sen. Phaedr. 669 ad preces). Hor. epist. 1, 9, 11 frontis ad urbanae -i praemia. 1, 20, 1 fuge quo -ere gestis. Liv. 1, 19, 5 ad animos. 1, 43, 11 nec fere umquam infra ita -rent, ut ad infimos pervenirent. Val. Max. 9, 15, 4 in centumvirale iudicium (Qvint. decl. 267 p. 89, 3. 310 p. 219, 19 Vlp. dig. 43, 33, 1, 2). Cels. 1 praef. p. 12, 14 a communibus ad quaedam propria -unt. Sen. benef. 2, 21, 2 in amicitiam. 4, 12, 1 ad haec verba. 4, 20, 2 in detrimenta. 5, 12, 1 in quas *difficultates*. dial. 2, 3, 1. 5, 1, 2. 5, 15, 4 nat. 4 praef. 13. 6, 5, 2 in deorum secreta (*fere i. inquirere*). epist. 8, 6 ad vadimonium. 17, 2 in minima. 18, 11. 22, 4. 48, 11 ad grammaticorum elementa. 88, 42 ad syllabarum distinctiones. 117, 6. 120, 2 in sordida usque. 123, 14 in voluptates. Colvm. 3, 21, 4 pater familiae libentius ad spectaculum rei suae -it. Plin. nat. praef. 6 maiorem te sciebam quam ut -urum huc putarem. Mart. 1, 51, 1 a magnis ad te -ere tauris *leones*. 9, 64, 1 Herculis in magni vultus -ere Caesar dignatus. Qvint. inst. 1, 2, 27 ad intellectum audientis. 1, 4, 7. 33. 1, 12, 14. 2, 3, 4 ad minora. 4, 2, 15. 5, 6, 2. 7, 1, 23. 8, 2, 24. 9, 4, 23. 10, 1, 63 in amores. 10, 3, 12 *al.* decl. 257 p. 30, 21. 301 p. 189, 14 *al.* *huc traham*: Tac. ann. 15, 50 praefectum in partes -isse. Plin. epist. 10, 31, 1 ad meas curas. paneg. 61 quantoque propius ad magnitudinem tuam ascenderint, tantum etiam a sua -isse videantur. 85. Svet. Vesp. 4. diff. p. 283 ad deprecandum. Papin. dig. 19, 5, 1 ad actionem (Marcell. dig. 4, 1, 7, 1 Svlp. Vict. rhet. 54 p. 347). Vlp. dig. 4, 6, 26, 9 ad clausulam. Pavl. dig. 38, 10, 10, 15 ad singulas personas gradu. Marcell. dig. 32, 69 ad definitionem. Apvl. Socr. p. 137. Tert. adv. Marc. 4, 8 p. 409 in aliena (4, 29. 5, 14). adv. Prax. 16 ad humana semper colloquia. Paneg. 12, 29 -nsum ... ad sanguinem feminarum et in sexum *muliebrem* saevitum. Vopisc. quatt. tyr. 1, 2 num ad istam descriptionem curamque -it? Ivst. 21, 5, 3 in sordidum genus vitae. Mar. Victorin. rhet. 1, 4 p. 169. 1, 5 p. 171 Avr. Vict. Caes. 39, 48 Hil. trin. 5, 12. 10, 8 c. Const. 23. Filastr. 115, 4 in praecipitium mortis perpetuae -unt (137, 1). Avson. 338, 2 si huc quoque -eris (*fere i. in huiusmodi opus incubueris*). Schol. Hor. Vind. ars 22 Hier. c. Ioh. 1. Avg. civ. 7, 4 ad istorum humilia opera. 7, 14 ad lactandos ... pueros ... Iovem -ere voluisse (*potest etiam ad 1 A 1 c referri*). Zacch. 1 praef. Cael. Avr. acut. 2, 37, 211. 217. Sidon. epist. 6, 2, 3 in concordiae statum promptius -nsum est. Pomer. 2, 5, 2 in vitia (*opp.* evadere in sublimitatem virtutis). Cassiod. var. 8, 24, 6 ad mortalium errores et humilia vota. Cod. Iust. 12, 49 (50), 10 pr. nulla adiutoribus ad chartulariorum sollicitudinem (*i. munus*) ... -endi danda licentia. Pallad. hist. mon. 1, 18 ad vulnera sua mortesque. 1, 35 ad saecularem -erat vitam. Isid. orig. 6, 19, 57 -uri apostoli ad euangelizandum in gentibus. *nota de re personata*: Varro rust. 1, 68 pensilia ... ad abiciendum -urum se minitantur. **b** de *aliqua re*: Mart. Cap. 1, 23 de ingenito rigore. Act. Archel. 68, 3 p. 98 de hac impietate. **c** *absolute*: Sen. epist. 53, 9 cui advocatus in remissione *morbi* -res. **d** *cum dat.*: Cassiod. var. 11, 16, 1 quibus dominorum clementia voluit -ere. **e** *seq.* ut: Liv. 45, 15, 5 postremo eo -nsum est, ut (Tac. ann. 14, 7. 15, 1). Qvint. decl. 314 p. 234, 21 -amus eo ..., ut. Porph. Hor. sat. 1, 3, 71 Avson. 419, 51 Schol. Hor. epist. 2, 1, 1. **f** *seq. supinum*: Sen. benef. 4, 39, 3 sponsum -am quia promisi. **g** *seq. infinit.*: Stat. Theb. 1, 225 geminas punire domos ... -o.

4 *i. q. originem trahere, nasci, oriri; saepe apud* Ictos *de gradu cognationis necnon de liberis posteris*: Pavl. Fest. p. 23 Aemiliam gentem appellatam quod ab Ascanio -at (Sil. 9, 415 a primo -ens consule Brutus. Vlp. dig. 1, 9, 12, 1 a patriciis. Rvfin. hist. 4, 29, 2 a Saturnino. Pallad. hist. mon. 1, 24 p. 306C ab Aegyptiorum ... genere -o [γένει εἰμὶ Αἰγύπτιος]. Serv. Aen. 1, 6 -unt Latini ... a Troianis. Greg. M. moral. 13, 50 omnis homo ab origine vitiata -it). Sen. epist. 65, 20 nesciam, unde -erim? Stat. silv. 5, 3, 210 stirpe tua. Marcell. dig. 5, 2, 5 ex masculis (Call. dig. 50, 16, 220. Vlp. dig. 2, 8, 2, 3 ex feminino sexu -entes liberos. 37, 5, 1, 1. 37, 10, 1, 2. 50, 16, 56, 1 Pavl. dig. 38, 10, 10, 14. Firm. err. 25, 4 ex genere Abrahae -ens Maria. Clavd. Don. Aen. 9, 284 ex gente Priami. Pelag. in I Cor. 1 p. 721B ex sacerdotali stirpe. Rvfin. hist. 3, 32, 4 ex genere David et ex regia tribu. Avg. civ. 20, 30. Cod. Iust. 6, 30, 18 pr. ex qua *linea* mater -it). Papir. Vlp. dig. 28, 3, 3 per virilem sexum (Vlp. coll. Mos. 16, 4, 1. Pavl. coll. Mos. 16, 3, 8 masculino sexu per filium. 16, 3, 13). Vlp. dig. 38, 4, 3, 7 nepotes et neptes et deinceps -entes (Pavl. dig. 34, 23, 2, 68 ex gradu ascendentium vel -entium uxorem ducunt). Hier. quaest. hebr. in gen. p. 35, 16 de huius ... radice (Rvfin. hist. 1, 6, 8 de Iudae femoribus. Vvlg. I reg. 17, 55 de qua stirpe -it hic adulescens? [Ps. Rvfin. in Am. 5, 1/2 Cassiod. var. 2, 3, 6. 4, 1, 1 Iord. Get. 58, 298 Greg. M. moral. praef. 1]. Apon. 12 p. 227 de semine Abrahae. Iord. Get. 50, 266. 58, 301 Pallad. hist. mon. 1, 33. *cf.* Corp. VI 9709 libert. libertabusque deinceps de domo sua -entibus). *adde*: Manil. 2, 569 quique Sagittari -unt sidere nati. Alc. Avit. carm. 4, 6 unde (*sc. de duro genere*) resumpti -ant homines.

5 *i. q. abdicare, abire de munere publico*: Sen. clem. 1, 12, 2 -erit licet e dictatura sua et se togae reddiderit Sulla. Lvcan. 1, 335 ex hoc ... regno ille tuus saltem doceat -ere Sulla (Stat. Theb. 2, 390).

6 *i. q. degenerare*: Qvint. inst. 10, 1, 126 tantumque ab eo defluebant, quantum ille ab antiquis -erat.

B ***de rebus,*** *saepe personatis*: **1** *i. q. penetrare, infigi*: Sall. Iug. 11, 7 quod verbum in pectus Iugurthae altius quam quisquam ratus erat, -it (Sen. dial. 9, 7, 3 in quae *pectora* tuto secretum omne -at. epist. 94, 2. 40. Pomer. 1, 23 sermo in ... audientium pectus ... -at). Hor. ars 387 si quid ... scripseris, in Maeci -at iudicis aures. Liv. 3, 52, 2 curam in animum patrum (Sen. contr. 1 praef. 18 Sen. benef. 1, 15, 4. Don. Ter. Eun. 176 tantum in animum Phaedriae hoc -it, ut). Sen. benef. 1, 1, 7 ut altius iniuriae quam merita -ant et illa cito defluant. dial. 11, 3, 1 ex omnibus quae umquam in corpus tuum -erunt. 11, 18, 8 altius praecepta -unt. epist. 40, 4 haec oratio ... -ere in nos debet? 45, 7 in praecordia ima -it *amicitia*. 71, 31. 114, 25 in medullas nervosque -ere deliciae. Qvint. decl. 301 p. 189, 1 ut cupiditas aliqua in animum tuum -ret. Hil. in Matth. 5, 7 altius sermo -it. Mar. Victor aleth. praef. 109 in mores penitus -erit error. Boeth. mus. 1, 1 p. 181, 3 per eos *aures* rhythmi modique ad animum usque -erint. 1, 2 p. 188 ut non ad taciturnitatem gravitas usque -at ... humanam vero musicam quisquis in sese ipsum -ere intellegit. Pallad. hist. mon. 1, 11 p. 288C cum mihi talis in sensus vox -isset (ἐλθούσης).

2 *i. q. se demittere, procedere, sim.*: Prop. 3, 5, 45 an ficta in miseras -it fabula gentes (*i. divulgatur*). Sen. contr. 10, 3, 5 *illa crudelis* belli *fortuna* usque in infimae plebis supplicia -it. Cels. 1 pr. p. 11, 29 a communi fluentis morbi contemplatione ad propriam me-

dicina -it. SEN. benef. 3, 20, 1 errat, si quis existimat servitutem in totum hominem -ere. dial. 2, 10, 3 animi . . . supprimentis se ac -entis. 3, 5, 2 illa *ira* in periculum, dummodo deducat, -ere *parata est.* PLIN. nat. 26, 11 *rationem* ad verba garrulitatemque -entem. SIL. 8, 99 ad etiam magicas etiam fallax . . . gentis Massylae levitas -ere compulit artes. STAT. Theb. 12, 502 (*in imag.*) ceu leges . . . ritusque sacrorum seminaque in vacuas hinc -entia terras. QVINT. inst. 6, 1, 29 facile deficit affectus qui -it. 9, 4, 55 oratio non -et ad crepitum digitorum. MART. 10, 75, 13 inferius num quid potuit -ere. AMBR. bon. mort. 5, 16 anima nostra caveat ad haec mundana -ere. ZACCH. 1, 31 ad responsionem interrogatio . . . -it. VAL. CEM. hom. 16, 2 quando ad credulitatem . . . -ret animus? 17, 4 in qua -at exultatione (*pro acc.*) victoria suppliciis comparata. COD. Iust. 5, 35, 2, 1 littera in condiciones . . . voluntate -at (*i. ineat, probet*). *huc pertinet*: PLIN. nat. 19, 53 alio pane procerum, alio vulgi tot generibus usque ad infimam plebem -ente (*sc. per gradus vilitatis*) annona (*Budaeus*, anima *codd.*).

3 *de progressu, gradu, transitu*: **a** *temporis, praecipue apud* ICTOS *de hereditate*: OV. fast. 1, 537 talibus ut dictis nostros -it in annos. 4, 20 hic ad te magna -it imagine mensis. LIV. 33, 21, 5 ut ad tertiam stirpem possessio eius -erit (PAVL. dig. 4, 6, 30 possessio defuncti ad heredem). MANIL. 1, 735 fama etiam antiquis ad nos -it ab annis. SEN. epist. 83, 4 (*in imag.*) aetas nostra non -it, sed cadit. QVINT. inst. 1, 11, 18 cuius disciplinae usus in nostram usque aetatem . . . -it. GAIVS dig. 26, 1, 16, 1 ad liberos virilis sexus perfectae aetatis -unt legitimae tutelae, ceterae non -unt (VLP. dig. 26, 4, 3, 7 tutela ad solum filium, post filium ad nepotem). PAPIR. dig. 50, 8, 12 (9, 3), 1 (4) non ad heredes eorum *curatorum* poenam. PORPH. Hor. carm. 3, 6, 19/20 turpes . . . coitus feminarum -unt in liberos, deinde in rem publicam. PANEG. 7, 2 ab illo generis auctore in te imperii fortuna -it. *huc trahi potest*: IVST. 1, 4, 1 per ordinem successorum regnum ad Astyagen -it (2, 6, 12). SERV. georg. 3, 35 a quo Iulia gens stemmate -it ad Caesarem (*potest ad II A 4 trahi*). COD. Iust. 6, 30, 14 res ex eius -entes bonis. 6, 61, 8, 4 aes alienum ex defuncti persona -it. 11, 59 (58), 6 pr. *huc etiam pertinere videtur*: PRVD. apoth. 1006 -nsos nascendo gradus redeundo retexit. COD. Iust. 1, 2, 22 pr. res ad . . . ecclesias -entes ex qualicumque liberalitate.
b *ordinis, orationis, argumenti, sim.*: PLIN. nat. 13, 75 *charta* hieratica in tertium nomen (*de pretio*). CHAR. gramm. I 273, 6 metalepsis est dictio per gradus homonymiae ad propriam significationem -ens. DIOM. gramm. I 326, 6 *deminutiva* -bant enim ad tertiam usque formam (*ut* arca, arcula, arcellula). 448, 13 priusquam enim ad aliud -at, in prioribus resistit. 465, 27 ne a maioribus ad minora -at. 467, 7. LACT. ira 2, 9 ut ad propositam materiam per ordinem -at oratio. DON. Ter. Andr. 30 virtutis vero quattuor . . . species . . . prudentia in multis rebus (*i. in multas partes*) -it. MAR. VICTORIN. defin. p. 45, 11 quae *definitio* a genere exordium sumens ad proprium rei . . . -it (CASSIOD. art. 3 p. 1173ᴰ). HIL. trin. 11, 7 ad ipsam mortis gloriam . . . sermo -erit. SERV. Aen. 11, 599 generalis est descriptio . . . certaminis, paulo post -it ad specialem. PALLAD. hist. mon. 1, 36 qui *lapsus* ex omni corporis nostri parte -it usque ad superbiae magnitudinem. *nota i. q. deminui*: VARRO rust. 1, 24, 3 quem (*hostum*) . . . alii ita minus magnum, ut ad CXX modiorum -at.

d officium, munia, vadimonium (*t. t. iuris civ.*; GLOSS. vadimonium -rtum ἐγγύη τεθραυμένη), litem (*t. t. iuris civ.*), *negotium susceptum, rem promissam sim.* (militiae munia, imperii nomen *sim. v. l. 40 sqq.*): PLAVT. Capt. 436 cogitato ... meam esse vitam ... pro te positam pignori, ne ... tu ... pignus -as. CIC. Quinct. 48 vadimonium sibi ait esse -rtum (51. 56. 57. 75 vadimonium mihi -uit, me fraudavit. 85. 86. Catil. 2, 5 vadimonia -ere quam illum exercitum maluerunt. LIV. 39, 41, 6 multos, qui ... vades -erant, ... iudicavit. SEN. benef. 4, 39, 4 vadimonium promittimus; tamen -rti [*dederit N*] non in omnes datur actio: -entem vis maior excusat. PLIN. nat. praef. 24 inscriptiones, propter quas vadimonium -i possit). CIC. Mur. 9 haec causa est eiusmodi, quam nec industrius quisquam nec misericors nec officiosus -ere possit. fin. 1, 24 -ere ullam officii partem. 1, 33 qui officia -unt mollitia animi (off. 1, 28 praetermittendae ... defensionis -endique officii ... causae. CAES. civ. 3, 18, 1 susceptum officium. TAC. dial. 9 poetis ... *relinquenda* conversatio amicorum ... -enda cetera officia. PLIN. epist. 8, 9, 2 amicitiae officium. GAIVS

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

dig. 17, 1, 27 qui mandatum suscepit, ... -ere promissum officium non debet [*cf. l. 22 sqq.*]). SALL. Iug. 85, 8 quae ante vestra beneficia gratuito faciebam, ea uti accepta mercede -am. VERG. Aen. 10, 648 thalamos ne -e pactos. OV. Pont. 2, 4, 4 ecquid adhuc remanes memor infelicis amici, -it an partes languida cura suas? (PLIN. epist. 9, 13, 16 nunc quoque non sustinere -ere officii sui partes [*verba tutoris cf. p. 675, 5*]). LIV. 40, 43, 3 aut eam (*quaestionem de veneficiis*) sibi esse -endam aut provinciam dimittendam. SEN. epist. 122, 5 omnia vitia contra naturam pugnant, omnia debitum ordinem -unt. SEN. Phaedr. 310 arsit *dea Luna* nocte -rta. LVCAN. 1, 663 cur signa (*i. sidera*) meatus -uere suos? SIL. 5, 317 ictum ne -e foedus (AVG. civ. 22, 6 p. 564, 33 Saguntini, si salutem eligerent, fides iis fuerat -enda, si fides tenenda, amittenda salus). TAC. ann. 16, 27 patres arguebat, quod publica munia -erent. FRONTO p. 165, 19 N. coeptas in rebus prosperis amicitias. PAPIN. dig. 3, 5, 30 litem ... a reo -rtam (VLP. dig. 38, 2, 14, 2 cur non -uit accusationem. PAVL. sent. 5, 1, 5 si assertor causam -erit. dig. 2, 8, 16 si ex concessa causa *iudicium* -erit. 5, 2, 21 querelam. 42, 1, 54 litem incohatam. 46, 7, 11 litem. NOVELL. Iust. 112, 3, 2 qui interruptam iterum litem -uit [*καταλέλοιπεν, syn.* dereliquit]). 26, 7, 39 si rem coeptam -erit *tutor*. 50, 2, 6 qui (*decuriones*) iudicii publici quaestionem ... -erunt. VLP. dig. 2, 11, 4 exceptio in promissione -rta (*cf. supra l. 1.* EPIST. Sev. et Carac. Vlp. dig. 50, 12, 1 si columnas ... promisisti et opus ... incohatum est, -i quod gestum [coeptum *edd.*] est, non oportet). 50, 7, 1 legatus municipalis, si -erit legationem (50, 7, 2). PAVL. dig. 13, 6, 17 qui absentis negotia gerere incohavit; neque enim impune peritura -et. TER. MAVR. 1843 *Dido* iamdudum saucia cura -it pudorem. ARNOB. nat. 3, 24 di suos -unt atque abiciunt praesidatus. AVSON. 163, 1. officiosa pium ne -e pagina munus. AVG. lib. arb. 3, 10, 29 ut dei ... iustitia ... -at ... ordinandas ruinas peccantium (*i. iustam poenae pro gravitate delicti sanctionem*) *fieri non potest.* SVLP. SEV. Mart. 10, 2 implebat episcopi dignitatem, ut non tamen propositum monachi virtutemque -eret. dial. 1, 22, 3 cellulam suam atque propositum. PETR. CHRYS. serm. 86 p. 443C *quid mirum* si -it verba *Zacharias*, cum signa conspicit? COD. Iust. 6, 61, 6, 4 (*a. 529*) interpretamur initium gerendae vel -endae administrationis vel observationis esse spectandum.

e *artem*, studium, consuetudinem *sim. i. q. neglegere vel exercere desinere, quod colere debeas*: *α artem*, studium eloquentiae, sapientiae *sim.*: POMPON. Atell. 102 cur urbanas res desubito -is? CIC. inv. 1, 4 *studium eloquentiae* a plerisque eorum (*optimorum*) -rtum obsolevisse *mihi videtur* tempore, quo multo vehementius erat retinendum et studiosius adaugendum (fat. 3 oratoria illa studia. COLVM. 11, 1, 11 nec oratoria disciplina -itur ... nec philosophia). de orat. 3, 110 neque vim neque naturam eius (*generis infiniti*) ... *Academici* proponunt, ut praeteriri omnino fuerit satius quam attactum -i. Caecin. 73 *ius civile* si non modo oppressum, sed etiam -rtum aut neglegentius asservatum erit. OV. Pont. 4, 8, 72 nec tamen ex toto -ere illa (*carmina*) potes, *Germanice* (CALP. ecl. 4, 23 frange, puer, calamos et inanes -e Musas). COLVM. 1 pr. 13 recogitans, quam turpi consensu -rta exoleverit disciplina ruris. MART. 12, 72, 3 -is urbanas, tua praedia, Pannyche, lites parvaque, sed tritae praemia certa togae. QVINT. inst. 1 pr. 17 -rtam ... partem oratoriae artis. 2, 1, 9 palam est, quam turpiter -at eam partem rhetorices institutio. 12, 2, 8 -rta ab his, qui se ad eloquentiam contulerunt, studia sapientiae (*cf. supra l. 45*). APVL. apol. 28 -rtis liberalibus studiis ac repudiata omni disciplina (PORPH. Hor. epist. 2, 1, 99 Graecia cupide appetit⟨a⟩ studia celeri satietate -uit [HOR. mature reliquit]). TERT. bapt. 12 teloneum dereliquit, patrem et navem et artem, qua vitam sustentabat, -uit. *β* consuetudinem, verba antiqua, disciplinam veterem *sim.* (ordinem vitae *v. p. 678, 9*): CIC. fin. 4, 7 *Stoici* nova verba fingunt, -unt usitata (SEN. contr. 4 pr. 9 quaedam antiqua et a Cicerone dicta *verba*, a ceteris deinde -rta). VELL. 2, 1, 1 vetus disciplina -rta, nova inducta. SEN. dial. 10, 12, 6 *gestationum suarum horas*. GAIVS dig. 41, 1, 5 = inst. 2, 68 cum revertendi consuetudinem *animalia* -erint. *γ aliud studium rectum vel pravum*: SEN. Oed. 722 -uit fugas *Cadmus*. Phaedr. 462 truculentus ... tristem iuventam Venere -rta coles? dial. 4, 34, 5 cadit statim simultas ab altera parte -rta. epist. 82, 5 in insuperabili loco stat animus, qui externa -uit. TERT. adv. Marc. 1, 1 p. 292, 3 haereticus, qui -rto, quod prius fuerat, id ... sibi elegerit, quod retro non erat. nat. 1, 3 eam diligentiam -atis. FIRM. err. 4, 3 abicite hunc ... errorem et studia profanae mentis -ite. 19, 2 *tenebras*. FILASTR. praef. 4 idololatriam. SIDON. epist. 4, 22, 1 mediocria *opera*. CORIPP. Ioh. 2, 377 tandem iam -e facta, turbidus in miseris quae exerces tristia terris. ARATOR ad Flor. 18 continuum ... laborem. GREG. M. moral. 4, 71 prave acta. BENED. reg. 5, 11 voluntatem propriam -entes et quod agebant imperfectum relinquentes.

f sectam *virorum doctorum, sententiam, praecepta alicuius sim.* (*aliquot locis auctoris nomen pro secta eius*): CIC. Tusc. 5, 87 si qui sunt, qui -rtum illud Carneadeum curent defendere. nat. deor. 1, 6 -rtae ... disciplinae et iam pridem relictae patrocinium. 1, 11 -rtarum relictarumque rerum patrocinium. fin. 2, 107 -ueris totam Epicuri voluptatem, si negaveris. TIB. 1, 5, 60 at tu quam primum sagae praecepta rapacis -e. SEN. epist. 20, 4 redit et in ea, quae -uit ac damnavit, revolvitur. dial. 8, 1, 4 quid agis, Seneca? -is partes *Stoicorum?* PLIN. nat. 11, 219 nimiam propter subtilitatem -rtus *Herophilus*. 29, 6 -rta deinde et haec secta est (*Herophili*). 29, 20 non -am Catonem tam ambitiosae artis (*medicinae*) invidiae a me obiectum aut senatum illum, qui ita censebat. TAC. ann. 14, 49 non ... Thrasea *decessit sententia* ceterive, quae probaverant, -uere. 16, 26 sibi (*Thraseae*) actam aetatem et tot per annos continuum vitae ordinem non -endum. PLIN. epist. 8, 14, 25 tum illi quoque ... transeunte illo destituti reliquerunt sententiam ab ipso auctore -rtam.

g *opus incohatum, actionem coeptam sim.; opp.* pergere, peragere (litem incohatam, mandatum, quaestionem *coeptam sim. v. p. 677, 7 sqq.*): PLAVT. Pseud. 267 si sacruficem ... Iovi, ... interea loci si lucri quid detur, potius rem divinam -am. CIC. fin. 4, 37 semper ... ita assumit aliquid *natura*, ut ea, quae prima dederit, non -at. 5, 59 quod ... in homine praestantissimum ... est, id *natura* -uit. BELL. Afr. 43 *Considius* Acyllam, quam obsidebat, -uit. SALL. Iug. 70, 1 cuius impulsu Iugurtha deditionem, quam metu -uit, inceperat. VERG. Aen. 9, 691 -it inceptum (11, 470 magna incepta Latinus -it. TAC. ann. 15, 36 inceptum. SVLP. SEV. dial. 1, 22, 5 semel coepta -ere. *cf. infra l. 32*). OV. Pont. 4, 16, 16 imperfectum ... opus. *v. p. 681, 49*. fast. 1, 288 neve suum ... -at auctor opus. SEN. benef. 2, 11, 5 haec *beneficia in liberos* tamen irrita sunt si ⟨in⟩ (*add. N²*) infantia -antur. CALP. ecl. 4, 146 coeptam ..., pater (*i. Caesar*), ne -e pacem. VAL. FL. 2, 5 placitos ... deis ne -at actus *Iason*. SIL. 1, 459 ingentes -it actus *Hannibal*. STAT. Theb. 9, 83 -it inceptum media inter iugera sulcum taurus. QVINT. inst. 2, 11, 5 ea *initia* ... desperata conectendi facultate -unt et ad alia ... devertunt. NEMES. ecl. 1, 81 perge, puer, coeptumque tibi ne -e carmen. TAC. hist. 4, 67 festinatum temere proelium pari formidine -uit (IVST. 41, 2, 9 in ipso ardore certaminis proelia -unt. CLAVD. 5, 201 peragat pugnas an fortia coepta -at?). ann. 13, 6 bellum -erat (CAPITOL. Maximin. 7, 5 -rto bello Germanico. IVST. 2, 8, 1 memores illati Atheniensibus belli et -rti. 5, 2, 10 eatenus bellum sustinendum, ne inopia -atur. *al.* DICT. 1, 15 neque prius se bellum -uros quam *eqs.*). IVST. 14, 3, 6 -endo victoriam. *adde: propositum aliquid in argumentatione*: CIC. fin. 4, 26 *doceas*, quonam modo aut quo loco corpus subito -eritis ..., ipsum denique officium. *iure aliquo decedere, quo uti institueris*: VLP. frg. Vat. 242 scio tamen quosdam, cum per errorem ad potiorum nominationem prosilissent, haud impetrasse, ut, -rto iure potiorum, ad excusationem se converterent.

h bonam condicionem, *indolem, expectationem sim.*: SEN. suas. 2, 19 qui pantomimis fabulas scripsit et ingenium grande non tantum -uit, sed polluit. SEN. dial. 7, 5, 4 -rto animo corpori operam dare. 11, 5, 1 bona condicione geniti sumus, si eam non -erimus. epist. 31, 9 dedit tibi *natura*, quae si non -ueris, par deo surges. QVINT. inst. 2, 8, 5 ea, in quae natus videtur, -endo. VOPISC. Car. 9, 3 si a nostris non -atur promissus numinum favor. CAPITOL. Gord. 20, 6 quae (*dicta et soluta oratione et versibus*) appareat hominis esse ingeniosi, sed luxuriantis et suum -entis ingenium. AMM. 15, 5, 26 opportunitatem *v. p. 673, 78*. *nota*: SEN. contr. 10 pr. 3 ex his omnibus sciri potest, non quantum oratorem praestaret †ignarus Scaurus, sed quantum -eret. *spem* (*de morientibus*): OV. Pont. 4, 6, 16 Augustus ... spem nostram terras -uitque simul. PLIN. epist. 1, 22, 9 dandum etiam nobis amicis, ne spes nostras ... voluntaria morte -eret. AVSON. 172, 10 cultum spei. *v. p. 679, 2*. 196, 44 pubere in aevo -isti vota tuorum.

i bonum *cum aliqua iactura* (victoriam *v. supra l. 35*): CIC. dom. 98 qui ea, quae numquam cara ... duxit, animo aequo rei publicae causa -it. fin. 2, 44 quos (*Epicureos*) nisi redarguimus, omnis virtus, omne decus, omnis vera laus -enda est. 4, 68 ipsum ... illud honestum ... -endum est. Tusc. 5, 13 nec eas (*virtutes*) beata vita a se -rtas passura videatur. 5, 87 nec eam (*virtutem*) minis, blandimentis corrupta *vita beata* -et. nat. deor. 1, 67 nihil equidem *meream*, inquis, ut rationem vitae beatae veritatemque -am (OPTAT. 6, 8 p. 156, 8 VVLG. prov. 28, 21 AVG. civ. 19, 19 p. 388, 25). HOR. carm. 3, 29, 9 fastidiosam -e copiam et molem propinquam nubibus arduis (STAT. silv. 2, 1, 164 -rtas exosus opes *prodigus*). PROP. 2, 15, 49 tu modo, dum lucet, fructum ne -e vitae. 2, 16, 7 oblatas ne -e messes. VAL. MAX. 7, 4 ext. 1 quo aequiore animo *Agathocles* regnum -uit, eo tutius recepit (SEN. Phoen. 104 regna -ui libens. Med. 477). SEN. contr. 9 pr. 2 hoc ... vitium, ut necessaria -ant, dum speciosa sectantur. suas. 1, 10 dixit incerta peti, certa -i. SEN. dial. 7, 14, 3 quemadmodum qui bestiarum cubilia indagat, ... potiora -it multisque officiis renuntiat (AVG. lib. arb. 3, 1, 2 superioribus -rtis inferiora deligere). MART. 11, 71, 5 ut vivat virides nec -at annos. PLIN. epist. 5, 6, 12 immensi ... fluminis nomen arenti alveo -it, autumno resumit Tiberis (*cf. p. 676, 41*). VLP. dig. 43, 16, 3 cum ex fundo exisset non usus fructus -endi causa. TERT. adv. Marc. 4, 9 p. 443, 20 -uit ... bonitatem, dum destruit legem. TER. MAVR. 2396 metrum ... fine molli labile atque -ens vigorem (*cf. p. 677, 27*). PORPH. Hor. epist. 1, 18, 16 ⟨u⟩t ... -am alteram vitam *propositam mihi.* OPTAT. 2, 5 p. 40, 11 pacem. VVLG. Iob 27, 6 iustificationem meam, quam coepi tenere, non -am. AVG. civ. 11, 28 p. 502, 24 aeternam

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

lucem. 19, 4 p. 360, 13 vitam beatam (*syn.* derelinquere, fugere). corrept. 12, 38 hoc bonum *et saepe.* AVSON. 172, 10 quanta vitae decora, quem cultum spei...pubes -is. CARM. epigr. 1084, 5 (*Venafri*) -rta luce. CORP. XIII 837 (*Coloniae Agr.*) -is ... pulchram ... iuventam. *propius ad primariam notionem accedit*: CIC. Cael. 46 relinquenda *sunt* studia delectationis, ludus, iocus, convivium; sermo paene est familiarium -endus (*cf. p. 670, 58 et 676, 83*).

k cultor agrum, arationem *sim.* (agrum *sim.* incultum *v. p. 681, 46 sq.*): *α* agrum *sim.*: CIC. Verr. 4, 120 ager decumanus... propter istius avaritiam -rtus est *eqs.* (*syn.* arationes relinquere. leg. agr. 2, 84 agros -rtos a plebe atque a cultura hominum liberorum esse non oportere. BELL. Afr. 20, 4 agros -rtos ac vastatos esse. PAVL. FEST. p. 180 VAL. MAX. 4, 4, 6. COLVM. 1, 3, 11 flagitiosum, quos hostis profugiendo desolasset agros, novo more civem R. supra vires patrimonii possidendo -ere. PLIN. nat. 18, 28. PANEG. 8, 6 ager ... ex necessitate -itur). LIV. 3, 6, 7 cum obvius nemo ... fieret perque omnia non praesidiis modo -rta, sed etiam cultu agresti transirent. 27, 5, 4 -rtam recoli tandem terram. COLVM. 4, 3, 3 vineas facere, quas mox avaritia -erent *agricolae* (ITALA prov. 9, 12 [Cypr. sent. episc. 5] -uit... vias vineae suae [ἀπέλιπε]. OP. imperf. in Matth. 34 p. 817 -rtae vineae exigetur ab eo [*mercennario*] damnum). LVCAN. 5, 404 quae piger Apulus arva -uit rastris et inerti tradidit herbae. SEN. dial. 11, 12, 5 Atilius Regulus ... ad senatum scripsit mercennarium suum discessisse et ab eo -rtum esse rus (LAMPR. Alex. 58, 5 ne -erentur rura vicina barbariae). POMPON. dig. 41, 2, 31 si colonus non -endae possessionis causa exisset. PAVL. dig. 19, 2, 55 qui ... fundum ante tempus sine iusta ... causa -erit. CHAR. dig. 50, 4, 18 -rtorum praediorum damna. PS. ASCON. Verr. p. 191 ne ... qui tenet, ... possessionem deteriorem faciat, ... excidat arbores et culta -at. FVLG. myth. 1 praef. p. 6. *adde*: APVL. Socr. 8 p. 138 solum quartum elementum (quattuor elementa *codd.*) aëris ... cassum ab omnibus, -rtum a cultoribus suis *pati*. *β* arationem, cultum *sim.*: CIC. Verr. 4, 43 -endas arationes relinquendasque curasti (4, 124 -rtas arationes, inanes agros ... offendisti. 4, 127. 228). Manil. 15 pecuaria relinquitur, agri cultura -itur. LIV. 4, 12, 7 dulcedine contionum et urbis -rto agrorum cultu. PAVL. dig. 19, 2, 24 si -erit habitationem vel fundi culturam colonus vel inquilinus.

l *locum*: *α cum alicuius officii violatione*: CIC. de orat. 1, 255 vereris, ne tua domus ..., si a litigiosis hominibus non colatur, a ceteris -atur? (SEN. contr. 2, 1, 1 vidi ⟨ab⟩ [*add. C. F. W. Müller*] ambitiosa turba clientium limina -rta sub domino sectore venalia). CIC. epist. 7, 20, 1 tu, si me audies, ... has paternas possessiones tenebis ... neque Haletem ... amnem relinques nec Papirianam domum -es. OV. Ib. 234 pannis, a male -rto quos rapuere rogo. SVET. Cal. 45 -rto repente convivio. Claud. 33 ictus ... nidore prandii ... -rto tribunali ascendit ad sacerdotes. PAVL. sent. 2, 21ª, 11 liberta ... domum patroni videtur -ere noluisse. APVL. Plat. 2, 26 quae (*domos et possessiones privatas*) ... nec ... -i per neglegentiam sinit. SVLP. SEV. dial. 1, 22, 3 cellulam suam atque propositum. *v. p. 677, 33.* CORP. XIV 2148, 8 (*Lanuvii; saec. I*) *monumentum.* *β* viam, iter *sim.* (*plerumque translate*): HOR. carm. 3, 24, 44 virtutisque viam -it arduae *pauperies.* ars 287 nec minimum meruere decus vestigia Graeca ausi -ere. QVINT. inst. 2, 13, 16 stratum militari labore iter saepe -imus compendio ducti. PLIN. paneg. 75, 5 non instruendum illis (*futuris principibus*) iter ad bonam famam *abs te institutum*, sed non -endum ... est. VVLG. deut. 9, 12 -erunt velociter viam, quam demonstrasti eis (9, 16 iud. 2, 17). Tob. 1, 2 in captivitate ... viam veritatis non -uit. prov. 4, 15 nec transeas per illam (*viam malorum*), declina et -e eam. 15, 10. *γ* domum, sedem *suam*, patriam (*aliter p. 675, 42 sqq.*) *sim.* (*saepe de profugis vel migrantibus domo; regnum v. p. 678, 70 sq.; incolae urbem metu v. p. 680, 18 sqq.*): CATVLL. 68, 102 ad quam (*Troiam*) tum properans fertur ... pubes Graeca penetrales -isse focos (PROP. 4, 2, 4 *Vertumnus* Volsinios focos). LVCR. 4, 591 loca -rta ab divis. VERG. ecl. 8, 30 sparge, marite, nuces: tibi -it Hesperus Oetam. georg. 1, 364 notas ... paludes -it ... ardea. Aen. 3, 190 hanc ... sedem (OV. met. 15, 22 patrias ... sedes. fast. 6, 380. APVL. met. 8, 15 sedes pristinas. FIRM. err. 6, 2 -rtis regiis sedibus). 4, 144 ubi hibernam Lyciam Xanthique fluenta -it ... Apollo. 7, 291 rates (SEN. Herc. f. 322. VAL. FL. 3, 488 puppem; *aliter p. 676, 55 sqq.*). 7, 394 domos (OV. trist. 3, 8, 9. SEN. Ag. 955 adulterorum virgo -ui domum. LVCAN. 9, 231 patrios ... penates -rtamque domum ... revisere. VAL. FL. 2, 376. HIER. epist. 22, 24, 4 relinquetur vobis domus vestra -rta. PAVLA Hier. epist. 46, 4, 1). HOR. carm. 1, 19, 10 Venus ... Cyprum. OV. epist. 6, 136 Colchos. met. 4, 293 montes ... patrios. 6, 15 *sq.* sui nymphae vineta Timoli, ... suas nymphae Pactolides undas (HOMER. 83. CLAVD. 1, 213 herbis pallentes thalamos et structa cubilia musco *Tiberinus*). 9, 640 patriam invisosque penates (trist. 1, 3, 95. fast. 1, 478 Arcadiam Parrhasiumque larem. LIV. 5, 53, 5 SEN. nat. 6, 1, 5 LVCAN. 9, 231 *v. supra l. 71.* APVL. met. 5, 4 -rto lare). 10, 230 suas urbes Ophiusiaque arva ... Venus. 11, 85 agros. fast. 5, 651 -rtis ... Argis. Pont. 4, 6, 16 spem nostram terras -uitque simul Augustus (GERM. 137 -uit propere terras iustissima virgo. PETRON. 124, 248 per orbem mitis turba deum terras exosa furentes -it). LIV. 3, 52, 2 urbem (5, 30, 3 -rtam ac relictam ab dis immortalibus urbem *eqs.* 5, 51, 3. 5, 52, 17 *al.* CVRT. 4, 3, 21). 22, 53, 5 ut -rta Italia ad regum aliquem transfugiant (24, 18, 4. 24, 43, 3. 27, 11, 12 VAL. MAX. 5, 6, 7 PS. FRONTIN. strat. 4, 7, 39 VIR. ill. 49, 5 *al.*). SEN. Herc. f. 3 templa aetheris *Iuno v. p. 674, 29* (Herc. O. 468 in terras ... descendat astris Luna -rtis licet. OCTAVIA 218 nec mortali captus forma -it altam Iuppiter aulam. 768 astra. SIL. 9, 304 sidera. APVL. met. 6, 15 alti culminis diales vias. CLAVD. 1, 129. rapt. Pros. 1, 141 aethera). Med. 685 latebras. COLVM. 8, 8, 7 *aves locum.* LVCAN. 7, 829 tecta domosque ... canes (SIL. 8, 96 tecta domumque). 10, 29 Macetum fines latebrasque suorum -uit *Alexander.* VAL. FL. 3, 181 nemus et nympharum ... amores. 6, 497. SIL. 3, 287 mapalia. STAT. silv. 1, 3, 94 *Epicurus* hortum. Theb. 1, 329 antra, ... colles. 1, 454. 7, 306. IVV. 3, 6 -rtis Aganippes vallibus. SOL. 22, 5 examina favos. OPTAT. 4, 6 p. 111, 2 deus ... huiusmodi habitaculum. CLAVD. 7, 114 iuga ... Oetes (*syn.* linquere). carm. min. 30, 115. AVG. civ. 16, 13 p. 147, 2 Chaldaeos -ens in Mesopotamiam transiit. fid. et symb. 4, 8 *Christus* maternum corpus integrum inhabitans, integrum -ens. *speciatim incolae* urbem *sim. hostium vel alio metu* (*cf. p. 676, 15 sqq.*): CAES. Gall. 2, 29, 2 cunctis oppidis castellisque -rtis. 7, 30, 2 primo incendendum Avaricum, post -endum censuerat. SALL. hist. frg. 1, 112. HIRT. Gall. 8, 5, 1 Carnutes -rtis vicis oppidisque ... dispersi profugiunt. BELL. Afr. 20, 4 oppida praeter ea ..., quae ipsi ... tueri poterant, reliqua dirui ac -i. *al.* NEP. Timol. 3, 1 cum propter diuturnitatem belli non solum regiones, sed etiam urbes -rtas videret. LIV. 28, 7, 12 urbis vastae ac -rtae priore ... Philippi bello. 31, 33, 5 quaedam *oppida vicique* -rta ... inveniebantur. 32, 17, 1. 33, 29, 3 -rta per fraudem deversoria. 38, 15, 8 *al.* CVRT. 3, 7, 7. 6, 5, 12. 8, 10, 19 *al.* PETRON. 123, 223 ocior ipse hos inter motus populus ... quo mens icta iubet, -rta ducitur urbe. SIL. 4, 27 -uere larem *Romani.* 4, 334 *tigris* pererrat -rtas victrix valles. TAC. Agr. 38 Britanni ... -ere domos ac per iram ultro incendere. ann. 14, 23 quidam *barbari* -ere vicos et in avia digredi. PLIN. epist. 6, 16, 13 agrestium trepidatione ignes relictos -rtasque villas per solitudinem ardere. FLOR. epit. 2, 16, 5 CAPITOL. Maximin. 31, 3 HIL. in Matth. 25, 4 AMM. 18, 7, 3. 24, 2, 3 *al.* *δ praevalente solitudinis significatione i. q. abeundo locum desolare* (*cf. p. 673, 53 sqq.; plerumque passive*): CIC. Cluent. 110 rostra vacua locumque illum ... a tribunicia voce -rtum. CATVLL. 64, 35 -itur Cieros, linquunt Pthiotica Tempe *omnes dei.* LVCAN. 3, 173 Phocaicas Amphisa manus scopulosaque Cyrrha Parnasosque iugo misit -rtus utroque. 3, 199 tunc linquitur Haemus ..., -itur Strymon. 3, 214. 225. STAT. Theb. 12, 39 -rta vagi Danaum tentoria lustrant. TAC. hist. 1, 41 -rtum fuga populi forum *erat.* ann. 1, 27 tribunal. 2, 82 ut ante edictum magistratuum ... sumpto iustitio -erentur fora, clauderentur domus. 4, 70 quo intendisset oculos, ... fuga vastitas, -i itinera fora. PLIN. epist. 7, 27, 6 -rta inde et damnata solitudine domus totaque illi monstro relicta. SVET. Vit. 16 cum -rta omnia repperisset *in Palatio.* PS. APVL. Ascl. 24 ita Aegyptus deo et homine viduata -etur. ITALA Matth. 12, 25 (cod. k) omne regnum divisum adversus se -itur (def- *man. pr.*; ἐρημοῦται, VVLG. desolabitur). ANTH. 462, 7 -rta est tellus, classis contexerat aequor. VVLG. Ier. 46, 19 -etur et inhabitabilis erit *Memphis.* Ezech. 32, 15 -etur ... terra a plenitudine sua. I Macc. 4, 38 viderunt sanctificationem -rtam (ἠρημωμένον) et altare profanatum. CLAVD. 8, 51 cum ... gentes iam -rta suas in nos transfunderet Arctos. *nota: urbs* -itur *i. q.* -rta iacet: PLIN. nat. 4, 47 at in ora amnis Erginus; oppidum fuit Ganos. -itur et Lysimachea iam in Cherroneso.

ε de aliis locis i. q. discedere ab (*aliquotiens idem fere, quod praetervehi; cf. l. 65 sqq.*): VERG. Aen. 4, 582 litora -uere *Aeneae socii.* 5, 612 -rtosque videt portus classemque relictam. 7, 531 Hesperiam. 11, 902 *Turnus* furens ... -it obsessos colles, nemora aspera linquit. 12, 698 Aeneas audito nomine Turni -it et muros et summas -it arces. CIRIS 463 -it angustis inclusum faucibus Isthmon *classis.* PROP. 1, 11, 27 corruptas Baias. OV. epist. 17, 116 frigida -rta litora turre peto. met. 4, 478 inamabile regnum -e teque refer caeli melioris ad auras. 5, 252 inde ... Seriphon -it *Minerva*, a dextra Cythno Gyaroque relictis. 8, 821. 14, 102 has ubi praeteriit *insulas* et Parthenopeia dextra moenia -uit *Aeneas.* fast. 4, 286 tum laeva Creten, dextra Pelopeidas undas -it *Mater Magna.* SEN. epist. 104, 14 quae petierant cupidissime loca, cupidius -unt. LVCAN. 3, 298 *Caesar* ubi -uit trepidantis moenia Romae. 4, 446 avide ... petitis insula -itur ratibus. 6, 314. 7, 821 olentes ... agros. 8, 460 CALP. ecl. 5, 62. STAT. Theb. 9, 837 protinus ... armiferum ... campum. APVL. met. 4, 21 Plataeae terminos concito gradu. 5, 21 protinus tanti mali confinium. 8, 21. 23 hac ... detestabili -rta mansione. 9, 23 contubernalis artissimi -rta cenula. PORPH. Hor. epist. 1, 15, 5 gemit ... per invidiam vicus -i. NEMES. ecl. 4, 12. HIER. in Is. 15, 5 p. 187 urbium ... vel locorum ... nomina, quae -unt transmigrantes. CLAVD. rapt. Pros. 2, 220 fratris (*i. Iovis*) linque domos, alienam -e sortem. *nota de rebus personatis*: OV. epist. 12, 52 mensa ... purpureos -it ... toros. met. 1, 422 -uit madidos septemfluus agros Nilus (STAT. Theb. 4, 707 fumant -rtae gurgite valles). SEN. suas. 1, 2 litora fugiente *fluctu* -rta. SEN. Oed. 280 altus arva -it, caelum petens, ... Parnasos. Phaedr. 714 ne ... hic contactus ensis -at castum latus. LVCAN. 2, 432 non -it ante Hesperiam Appenninus, quam cum Scyl-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

laeis clauditur undis. NERO carm. frg. 1 Persida Tigris -it *cavernis haustus.* AVIEN. Arat. 3, 1265 *Persarum tellus* borean longe, longe quoque Caspia claustra -it. VVLG. exod. 40, 34 si quando nubes tabernaculum -bat. CLAVD. carm. min. 53, 63 insula -it aequor *avulsa a Gigantibus.*

m *obiecta varia*: *α res corporales*: *cum violatione officii*: PLAVT. Most. 737 ita nunc ventus navem ⟨nostram⟩ -uit (OV. Pont. 4, 12, 42 ne sperata meam -at aura ratem. ALBINOV. carm. frg. 9 iam sidere limo navigia et rapido -rtam flamine [*codd.*, flumine *vulgo*] classem. SEN. Ag. 466 iacent -rta vento vela. OCTAVIA 881 [*in imag.*] populi ... favor, qui cum flatu vela secundo ratis implevit vexitque procul, languidus idem -it alto saevoque mari. CORIPP. Ioh. 1, 211 -it aura rates). LVCR. 6, 1286 multo cum sanguine saepe rixantes potius quam corpora *consanguineorum* -erentur. SALL. hist. frg. 4, 11 ⟨re⟩versi postero die multa, quae (multoque *codd.*) properantes -erant in castris, nacti. *debilitata officii notione*: VERG. georg. 4, 543 corporaque ipsa boum frondoso -e luco. SIL. 3, 56 ratis erepto campis -rta profundo (*cf.* OV. epist. 18, 202 *infra l. 83*). PLIN. epist. 4, 30, 4 anulum seu quid aliud ponis in sicco, alluitur sensim ..., detegitur rursus paulatimque -itur. APVL. apol. 35 maris eiectamenta, quae ... salo expuuntur, ... tranquillo -untur. CLAVD. carm. min. 27, 54 corpus ... coactum -e. AVG. civ. 11, 10 p. 476, 16 si aer infusa luce numquam -atur *eqs.* *nota ICTorum t. t.*: INST. Iust. 3, 1, 8 mortuo patre eius posteaque -rto avi testamento *nepos* suus heres efficitur (*cf.* 3, 1, 7 destituto testamento).

β res incorporales: CIC. Pis. 97 introitus in urbem -rtus ab amicis (*cf.* 55 reditus ... desertior). fin. 4, 41 *virtus*, ut vobis placet, partem quandam *naturae* tuetur, reliquam -it. div. 2, 139 cum ... *membra* subtracta sunt -rtusque animus languore corporis. off. 1, 29 -unt ... vitae societatem, quia nihil conferunt in eam studii, nihil operae, nihil facultatum. Lael. 55 vita inculta et -rta ab amicis. FIRM. err. 26, 2 fugite ... et contagionem istam quantacumque potestis celeritate -ite. AVG. civ. 19, 6 p. 365, 9 humana societas, quam -ere nefas ducit *iudex.*

2 *i. q.* ***praetermittere***: MART. CAP. 4, 336 nec Graia -am ordine disserendi nec Laurentis assertionis effamina remorabor (*verba Dialecticae*). 4, 423 *Dialectica* abstrusa promit nil morosum disserens praetervolando nilque ignotum -ens.

3 *i. q.* ***amittere, dimittere***: CAEL. AVR. acut. 1, 11, 97 febribus -rtis atque viribus resumptis. chron. 1, 2, 52 cum tamen ... omni ex parte non -ant *aegri* visum. BOETH. top. Arist. 5, 2 p. 958^D sensum.

4 *male versum ex graeco* *i. q.* ἀποστερίσκω: HERM. Pal. vis. 3, 9, 9 videte ... ne forte hae dissensiones vestrae -ant vitam vestram (ἀποστερήσουσιν τὴν ζωὴν ὑμῶν, *rec. vulg.*: fraudent).

E ***cum duplice accusativo*** *sim.*: PLAVT. Asin. 874 incultum *fundum* familiarem -it. CIC. fin. 5, 87 *Democritus* patrimonium neglexit, agros -uit incultos. OV. epist. 15, 260 orantis medias ... -uere preces (*v. p. 674, 71*). Pont. 4, 16, 16 imperfectum ... dierum -uit celeri morte Sabinus opus. LIV. 8, 34, 10 infrequentia -antur signa. 23, 29, 14 Mauri ... fuga effusa nuda cornua ... -uere (LVCAN. 2, 472 tu quoque nudatam commissae -is arcem ... Luceriae). MANIL. 1, 399 *Canicula* vacuum solis (soli *Housman*) fulgentem -it orbem. SEN. Ag. 184 neve -rtus foret a paelice ... caelebs torus ... deligit Lyrnesida. Med. 120 sedibus solam exteris -ere. nat. 6, 7, 5 abstrusa ... et sine possessore -rta liberius undis vacant. CVRT. 5, 4, 3 milites insepultos (STAT. Theb. 9, 29 -rtas ... sine funere mortes). LVCAN. 8, 509 gentes, quas uno in sanguine mixtas -uit *Pompeius.* AVG. civ. 12, 22 hominem ... solum sine humana societate -endum. GREG. M. moral. 9, 54 dominus ... delictum sine ultione non -it.

F ***subiectum est res*** *(obiectum plerumque persona vel res personata vel* corpus *alicuius) i. q. deficere (res personata l. 7 sqq.)*: ENN. ann. 38 vires vitaque corpus meum nunc -it omne (LIV. 25, 14, 9 *vulneratos* vires et sanguis -eret. PHAEDR. 1, 21, 3 defectus annis et -rtus viribus leo. TAC. ann. 6, 50 iam Tiberium corpus, iam vires, nondum dissimulatio -bat. PLIN. epist. 4, 9, 10). PLAVT. Epid. 167 pudor, quom *eqs.* Merc. 123 (*in imag.*) genua hunc cursorem -unt; ... seditionem facit lien. ACC. trag. 595 a fortuna opibusque omnibus -rtum abiectum afflictum (SALL. or. Cottae 2 in his miseriis cuncta me cum fortuna -uere. VITR. 3 pr. 2 *v. p. 682, 21.* SEN. dial. 9, 8, 3 laetiores videbis, quos numquam fortuna respexit, quam quos -uit. TAC. hist. 4, 58 adeo nos, si fortuna in praesens virtusque -uit, etiam vetera exempla deficiunt? ann. 2, 21 Inguiomerum ... fortuna magis quam virtus -bat. *adde*: AMM. 28, 3, 7 nulla eius proposita -isse fortunam). CIC. Cluent. 183 ii, quorum eminet audacia ..., a consiliis malitiae -untur. Tusc. 1, 110 multo ... tardius *quam Graecos* fama -et Curium *eqs.* 2, 33 haec (*fortitudo*) ... te, nisi ita facies, custos dignitatis relinquet et -et. Att. 3, 15, 2 me ita dolere, ut ... a mente non -ar. 4, 10, 1 ⟨ut⟩ a ceteris oblectationibus -or voluptatum ..., sic litteris sustentor et recreor (SEN. dial. 7, 14, 1). 7, 7, 7 nisi me lucerna -eret. 16, 3, 1 certe ... -emur ocius a re publica quam a re familiari. LVCR. 3, 123 *vita* -it extemplo venas atque ossa relinquit (OV. epist. 18, 202 unda simul miserum vitaque -uit *delphina.* LIV. 3, 45, 11 me vita citius -et quam fides. SEN. dial. 12, 11, 4 alium in medio cursu vita -it, alium in ipso aditu relinquit. TAC. ann. 4, 62 quos *mutilatos* ... nondum vita -erat. AVG. civ. 13, 2 p. 557, 17 *al.* ORIGO Const. 6, 33 chron. I p. 10, 34 *Iulianum* exitialis vita. *adde*: CARM. epigr. 458, 1 [*Carthagine*] ⟨hic si⟩tus est infa⟨ns Victor d⟩esertus ab annis). LVCR. 3, 129 calor ac ventus vitalis ... nobis moribundos -it artus (3, 232 tenuis ... quaedam moribundos -it aura. OV. trist. 1, 5, 12 spiritus ... ossa. Ib. 126 luctatusque diu cruciatos spiritus artus -at. AVG. civ. 13, 2 p. 557, 17 *al.*). SALL. Iug. 42, 5 de studiis partium ... si singillatim ... parem disserere, tempus quam res maturius me -et (-eret *C*). VERG. Aen. 12, 732 perfidus ensis frangitur in medioque ardentem -it ictu. georg. 1, 70 sterilem exiguus ne -at umor harenam. HOR. epist. 1, 20, 10 carus eris Romae, donec te, *liber*, -at aetas. ars 41 nec facundia -et hunc neque lucidus ordo. TIB. 1, 3, 78 iam iam poturi -it unda sitim *Tantali* (SEN. Thy. 174 profugus latex ... conantem ... sequi -it). OV. met. 15, 355 non feret *flamma* famem -rtaque -et ignes. LIV. 1, 25, 6 Romanas legiones iam spes tota, nondum tamen cura -erat (ANTH. 415, 59 *v. p. 673, 50.* PANEG. 12, 38 spem, quae postremo homines -it). VITR. 2 pr. 4 quoniam ab his praesidiis (*sc. statura, facie, valetudine*) sum -rtus. 3 pr. 2 hi non ab industria neque artis sollertia, sed a felicitate fuerunt -rti. SEN. contr. 1 pr. 16 numquam *corpus* impetus ardentis animi -uit. contr. exc. 3, 1 disertissimos ... viros ... -rtos ab ingenio suo. VAL. MAX. 7, 2 ext. 3 quae *bona* domicilio mentis inclusa ... fugientes non -unt (SEN. epist. 74, 18 si fugacissimis bonis credidit, cito -itur et, ut ⟨non⟩ -atur, affligitur). SEN. Oed. 41 -uit amnes umor atque herbas color. Herc. O. 1430 lassam -it mentem quies (AVR. Fronto p. 9, 7 N. neque eum [*somnum*] -o n⟨eque is me d⟩eserat). dial. 5, 10, 3 calor summa *corporis.* 10, 16, 3 si quando illos -erunt occupationes, in otio relicti aestuant. nat. 6, 32, 10 fluit tempus et avidissimos sui -it. LVCAN. 5, 443 veluti -rta rigente aequora natura cessant. TAC. hist. 4, 26 tamquam nos amnes quoque et vetera imperii munimenta -erent. APVL. met. 6, 31 vos memoria. TERT. anim. 53 -itur anima *a corpore.* ANTH. 646, 34 *rosa* collapsis -itur foliis. AMM. 21, 6, 4 cum a rhetorica per ingenium -eretur obtunsum. HIER. epist. 45, 3, 2 omnes me ilico ... virtutes. PSALT. Rom. 37, 11 -uit me fortitudo mea (ἐγκατέλιπε, VVLG. dereliquit). VVLG. prov. 3, 3 misericordia et veritas te non -ant (AVG. c. Iul. 1, 1, 3 video te a [*Er. Lov., omitt. cett.*] veritate -rtum). PAVL. NOL. carm. 24, 38 navem repente temporis longo putrem usus vehendi -it. PS. AVG. serm. 38, 2 qui a lumine -itur, a tenebris occupatur. PETR. CHRYS. serm. 78 p. 420^B suis se -entibus fundamentis terra tremuit. SEDVL. carm. pasch. 3, 93 membra iacebant officiis -rta suis. ENNOD. epist. 5, 8, 5 p. 178, 33 nec ... sermo vos -at in loquela. *debilitata notione* deseri *aliqua re id fere quod* carere *aliqua re, non habere aliquid*: MANIL. 5, 249 praecipue quas (*merces*) umor alit, nec -it unda. TERT. adv. Marc. 1, 23 p. 320, 27 quam ut bonum ratione -rtum non pro malo iudicetur. 4, 13, p. 457, 25 -rtum a notitia ⟨dei⟩ orbem nationum. IREN. 2, 19, 9 fuissent omnia -rta ac destituta tot bonis. EDICT. Constant. de civit. Hispell. (Corp. XI 5265) 52 ut ... per vices temporis sollemnitas editionum Vulsinios quoque non -at. FIRM. err. 7, 2 nec coronam istam alba -unt lilia. COD. Theod. 12, 1, 82 (*a. 380*) si tamen allegationum meritis -untur. SERV. Aen. 4, 207 nam eum -uit participium *praesentis verbi epulandi.* VINDIC. med. 11 supradicta loca (*mentum*) capillis -untur apud mulieres et eunuchos. MART. CAP. 6, 709 superficies est, quae longitudinem et latitudinem tantum habet, profunditate -itur. ENNOD. epist. 2, 7, 5 p. 47, 6 quamvis ... pressus onere gratiae solvendi -ar facultate. CASSIOD. var. 11, 9, 5 si viribus -itur veniendi *petitor.*

G ***reflexive***: **1** se *ipsum*: **a** *aliquis* se: PLAVT. Epid. 98 nequam homo es, Epidice, ... quia tu tete -is. CIC. div. 2, 6 neque ego me abdidi neque -ui neque afflixi. CAES. civ. 1, 75, 2 Petreius ... non -it sese. CVRT. 6, 10, 4 memet ipse non -am (*verba Philotae*). *aliter*: GREG. M. moral. 2, 70 ne in securitatis torpore se -ant.

b *subiectum est res*: CIC. rep. 6, 27 (= Tusc. 1, 53) solum ..., quod sese (Tusc.: se ipsum) movet, quia numquam -itur a se, numquam ne moveri quidem desinit (*ex Platonis Phaedro* ἅτε οὐκ ἀπολεῖπον ἑαυτό). Tusc. 1, 55 nec accidere posse, ut ipse (*animus*) umquam a se -atur. fin. 4, 32 *natura* se ... aut partem aliquam sui aut eius partis habitum *eqs.* (LVCAN. 9, 310 sic male -uit nullosque exegit in usus hanc partem [*sc. Syrtes*] natura sui).

2 spem, salutem suam, ius suum, proprietatem naturae suae *sim.*: PLAVT. Rud. 92 mea desidia spem -ere nolui. CIC. Caecin. 103 suum ius non -uit. p. red. in sen. 6 ego meam salutem -ui. Sest. 50 meam vitam (*syn.* prodere). har. resp. 17 negotium (VLP. dig. 5, 1, 10). Cato 72 illud breve vitae reliquum nec avide appetendum senibus nec sine causa -endum *est.* fat. 12 ne tuam causam ... -as. epist. frg. XII dignitatem meam (*syn.* recolere). SALL. Iug. 30, 3 libertatem suam. *v. p. 675, 52.* LIV. 38, 53, 10 necessitate aut subeundi iudicii aut simul cum patria -endi. TAC. ann. 3, 67 defensionem sui -uit. FRONTO p. 124, 9 N. nomen suum *imperium.* HIL. trin. 9, 36 non -uit ... natus deus naturae suae proprietatem. syn. 16 naturalis proprietatem substantiae. VVLG. iud. 9, 9 numquid possum (*oliva*) -ere pinguedinem meam? 9, 11 dulcedinem *ficus.* 9, 13 vinum meum *vitis.* AVG. serm. ed. Mai 102, 7 divinam ... non -uit dignitatem Christus in ortu.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

II ***sine obiecto,*** *quod tamen praeter A1 saepius subaudiendum esse videtur; cf. Loefstedt, Eranos X 181*: **A** *de hominibus ceterisque animatis (accedunt res personatae)*: **1** *proprie de militibus* (GLOSS. λ(ε)ιποτακτῶ; *cf.* CIC. Cato 72 iniussu imperatoris de praesidio et statione decedere): PLAVT. Men. 107 iam cari (*sc. cibi tamquam milites*) qui instruuntur, -unt. CIC. Verr. 2, 40 tu ... quaestor ... repente relinquas, -as, ad adversarios transeas? 6, 110 quid ita? 'prodiderat classem'. quod ob praemium? '-erat.' (exercitum *inserunt codd. dett. et B K*) quid Cleomenes? 'ignavus fuerat.' NEP. Eum. 5, 1. VERG. Aen. 2, 565 -uere omnes defessi. LIV. 7, 25, 7 civili ... standum exercitu esse, quando socialis coetus -eret. 30, 8, 10 si defenditis, vestri, si -itis, Samnitium erimus. SEN. dial. 4, 10, 4 totus -uit exercitus. epist. 95, 35 primum militiae vinculum est religio et signorum amor et -endi nefas. QVINT. inst. 3, 6, 78. 9, 2, 85 *opp.* fortiter facere. decl. 246 p. 6, 25. 7, 13 *al.* PS. FRONTIN. strat. 4, 1, 17 eos ... certum, si -issent, manere supplicium. TAC. ann. 13, 35 duritia (*M, Andr.*; -am *vulgo*) caeli militiaeque multi abnuebant -bantque. 15, 59 miles potius deesset et plebes -eret *quam ipse Piso*. AMPEL. 19, 10. MEN. dig. 49, 16, 5 sed et numerus (*intellege: numeri ratio habetur*), si solus vel cum altero vel cum pluribus -uit ... qui in pace -uit, eques gradu pellendus est ... desertor ... iterum -endo capite puniendus est. PAVL. dig. 48, 19, 38 eadem poena tenetur et qui cum eo, quem custodiebat, -uit. MACER dig. 49, 16, 13. MOD. dig. 49, 16, 3 perinde ... ac si emansisset vel -isset. SPART. Sept. Sev. 10, 8 multi ... amici Albini -entes venere. HIER. chron. a. Abr. 2395 -ente equitum praesidio Romanae legiones a Gothis cinctae. AMM. 31, 7, 4. VEG. mil. 2, 3 necesse est ... aliquantos -ere. 2, 20 miles ..., qui sumptus suos scit apud signa depositos, de -endo nihil cogitat. 3, 9 p. 87, 17 fracti labore et taedio plurimi -unt. **2** *de cognatis, amicis, tutoribus; patronis sim.; de deo et homine sim.*: PLAVT. Pseud. 600 (*versu, ut videtur, interpol.*) ni omnes di atque homines -unt (*cf.* 381 *p. 673, 4*). TER. Ad. 458 ille tibi moriens nos commendavit senex: si -is tu, per⟨i⟩imus. CIC. Verr. 3, 192 *opp.* defendere. or. frg. A II 1 amici deficiunt, cognati -unt. Lael. 64 *amici* in malis -unt. TIB. 1, 5, 40 saepe aliam tenui: sed iam cum gaudia adirem, admonuit dominae -uitque Venus. SEN. dial. 9, 3, 5 si tempus in studium conferas, quod subduxeris officiis, non -ueris nec munus detrectaveris. PLIN. nat. 10, 67 *glottis avis* in proximo hospitio -it. VAL. FL. 3, 325 tu, mihi qui coniunx ... fueras ..., -is (*sc. moriens; cf. p. 671, 25*). PS. QVINT. decl. 6, 14 non -uit, sed abductus est *filius*. MIN. FEL. 35, 3 ita prius eos -isse comprehendes quam esse -rtos. DON. Ter. Ad. 458 socius deficit, parens prodit, patronus -it. AVG. civ. 13, 13 gratia -ente divina. 13, 15 p. 573, 18 non enim -rta est *anima*, ut -eret, sed ut -eretur -uit. 13, 23 p. 589, 12 quae (*mors*) facta est illo (*deo*) -ente (c. Pelag. 1, 18, 36. serm. 57, 9 -endo. c. Faust. 21, 9 p. 579, 18. GREG. M. in Ezech. 1, 1, 18 p. 794^C ne si omnimodo -at *deus*, nullus ad veniam redeat). civ. 15, 23 p. 110, 32 desertores spiritus et -endo -rti. conf. 4, 11, 16 est locus quietis imperturbabilis, ubi non -itur amor, si ipse non -at. in psalm. 26, 2, 17 *opp.* adiuvare.

B *de rebus i. q. deficere (huc pertinere videtur* GLOSS. -it desinit): PLAVT. Men. 107 *v. supra l. 5.* 756 pernicitas -it. Most. 145 nunc simul res, fides, fama, virtus, decus -erunt. CIC. inv. 2, 112 ex tempore ... *quaererentur beneficia*, si tum, cum spes -isset. Sull. 77 quod ad tempus existimationis partae fructus reservabitur, si in extremo discrimine ... -et (*cod. Franci*; -it *cett. plerique*), si non aderit, si nihil adiuvabit? Cato 9 artes exercitationesque virtutum, ... numquam -unt, ne extremo quidem tempore aetatis. SIL. 10, 22 -it una et color et sanguis et tela minora periclo *cum venator leonem conspexit*. PLIN. epist. 3, 5, 8 erat somni paratissimi, nonnumquam etiam inter ipsa studia instantis et -entis. AVR. Fronto p. 252, 12 N. quoniam id, quod didici, -it. TERT. anim. 51 pro cerebri ubertate vel affluit capillago vel -it. 53 at ubi longa mors, prout -itur anima, ita et -it. adv. Val. 10 p. 188, 15 incassum enisa, ut (et *codd.*) vires -bant, in preces succidit. FIRM. math. 4, 1, 5 humanum corpus luna deficiente -it (decrescit *Kroll*). AMBR. exc. Sat. 11, 44 nec -uit spes nec fefellit opinio.

III *singulari notione et constructione*: **A** ***ab*** *aliquo -ere i. q. desciscere*: ITALA Ios. 22, 18 (Lugd.) -eritis hodie a domino (ἀπεστράφητε ἀπὸ κυρίου, VVLG. reliquistis dominum).

B ***cum infinitivo vel ablativo gerundii*** *i. q. desinere (cf.* GLOSS. *supra l. 50)*: PAVL. NOL. carm. 25, 189 nubere vel nubi fragilis iam -it aetas. AVG. epist. 129, 2 si ... cogitatio christiana non -at considerare et videre. CHIRON 277 hunc curando -ere noli (*cf.* desino).

syn. et iuxta posita: *ad I*: relinquere, derelinquere, linquere, destituere, prodere, deiuvare (PLAVT. Trin. 344), omittere, abicere, proicere, neglegere. *ad II*: ad hostes transire, deficere.

opp.: defendere, protegere, tueri, tutari, sustentare, adiuvare, allevare. observare, colere, respectare. explere (mandatum), perficere, peragere (coeptum).

part. praes. act. pro adi. **dēserēns,** -ntis *i. q. deficiens, intermittens.* CAEL. AVR. acut. 2, 32, 167 pulsus ... inordinatus ac -s.

part. perf. pass. pro adi. ***dēsertus,** -a, -um. ISID. orig. 14, 8, 31 -a *loca* vocata, quod non seruntur et ideo quasi deseruntur.

comp.: -ior: CATO or. frg. 44 CIC. Pis. 55 Att. 13, 22, 4 ad Q. fr. 3, 1, 15 HOR. epist. 1, 11, 7 VLP. dig. 48, 22, 7, 9. magis -us: CIC. epist. 14, 1, 3. *sup.* -issimus: CIC. Verr. 3, 14. 6, 171 Sest. 50 epist. 6, 18, 5 or. frg. B 1 PORPH. Hor. epist. 1, 11, 30. *de notione*: DIFF. Suet. 318 DIFF. ed. Beck p. 50, 8. 81, 8 ISID. diff. app. 41 *v. p. 669, 75.* AGROEC. gramm. VII 115 disertus orator est, -us derelictus (DIFF. ed. Beck p. 53, 32 ISID. diff. app. 88 BEDA gramm. VII 269, 23 ALBIN. gramm. VII 300, 7). *annominatio*: AVG. conf. 2, 5 p. 26, 27 (disertus). GLOSS. ἔρημος. *legitur inde a* CATONE *et* TER. (*at cf. l. 12. p. 685, 19*); *non habent* VARRO PAVL. FEST. SEN. rhet. VELL. CELS. PHAEDR. PERS. MART. IVV. PLIN. epist. SVET. *singulis locis apud* CAES. NEP. VITR. TERT. ITIN. [Silv.]. *binis*: QVINT. TAC. *saepissime apud* CIC. (*33^{ies}*) VERG. (*18^{ies}*). [*loci dubii vel corr.*: PLAVT. Agroec. clunes -os gero (*sic* NON. p. 196; infractos PAVL. FEST. p. 61; distortos *coni. Ritschl*). CIC. de orat. 3, 154 ut ille 'senius -us' (disertus *H^2 I pars edd. coll.* TER. Eun. 302). Sest. 72 ex -o †Gaviolaeliore. FRONTIN. strat. 1, 7, 7 *v. p. 688, 36.*]

I ***de hominibus*** *ceterisque animatis (accedunt collectiva velut* domus *Caesarum*, senectus *sim.) i. q. solus relictus, hominum (plerumque eorum, quibus curae esse debeas) convictu et auxilio destitutus (multo frequentius apud poetas quam apud scriptores)*: **a** *de parentibus et liberis i. q. orbus sim. [huc trahunt antiqui quidam grammatici locum* VERG. Aen. 2, 714 templum ... vetustum -ae Cereris; *cf.* SERV. utrum a sacerdote ... an -ae belli tempore ... an -ae a filia *et* SCHOL. Verg. Veron. quasi a filia derelictae perpetuumque epitheton faciunt propter raptum Proserpinae vel *eqs.*]: TER. Ad. 873 illum diligunt, apud illum sunt ambo *filii*, ego -us sum. TIB. 1, 1, 32 agnamve ... fetumve capellae -um oblita matre referre domum. PROP. 1, 17, 2 -as alloquor alcyonas (STAT. Theb. 9, 361 domum madidosque penates Alcyone -a gemit). OV. epist. 9, 154 Oenea -um nuda senecta premit. STAT. Theb. 5, 608 o mihi -ae natorum dulcis imago. 10, 821 aspera tigris fetibus abreptis ... -a. AVSON. 391, 13 -us vacuis solisque exerceor oris. SCHOL. Verg. Veron. Aen. 2, 714 ⟨in Capitoli⟩o po⟨st⟩ aedem Opis ara est Isidis -ae. CARM. epigr. 1109, 5 (*Romae; aet. Flav.*) quum ... me desolatum, me -um ac spoliatum clamarem. 1429, 7 (*Romae; christ.?*) nunc tua -i quaerunt solacia nati. *adde*: SEN. Herc. f. 1249 senectae parce -ae, precor (HOMER. 36 haec -ae redduntur dona senectae? EVGRAPH. Ter. Haut. 381 sustentare -am et miseram senectutem). SEN. dial. 6, 15, 2 Augustus ... adoptione -am domum fulsit.

b *de coniugibus, de amantibus, de mulieribus, quae virorum tutela destitutae sunt (cf. p. 670, 71 sqq.)*, SCHOL. Ter. Haut. 391 -ae derelictae, inopes post amissam formam. GLOSS. -a derelicta, disoluta (desolata?), ἔρημος; desertem (-am?) derelictam: TER. Haut. 391 nisi si prospectum interea aliquid est, -ae vivimus. Phorm. 751 anus -a egens ignota. CATVLL. 66, 21 an tu non orbum luxti -a cubile? 68, 6 requiescere ... -um in lecto caelibe. VERG. Aen. 4, 677 quid primum -a querar? 11, 843. PROP. 2, 8, 29 abrepta -us coniuge Achilles. 2, 17, 3 quotiens -us amaras explevi noctes. 2, 18, 8 -um ... iacere. OV. met. 7, 747 tum mihi -o violentior ignis ad ossa pervenit (*verba Cephali*). SEN. Med. 208 quamvis ... sim ... expulsa supplex sola -a, undique afflicta. STAT. silv. 1, 2, 133 Gnosida -am profugus liquisset et Euhan (AVSON. 325, 31). ITALA Is. 54, 1 = Gal. 4, 27 (Aug. civ. 15, 2 p. 60, 22. 18, 29 p. 296, 2 epist. 105, 15 *cf.* AMBR. fug. saec. 5, 30) multi filii -ae magis quam eius, quae habet virum (τῆς ἐρήμου, VVLG. -ae). apoc. 17, 16 (Primas.) meretricem -am et nudam facient (ἠρημωμένην, cod. *g et* VVLG. desolatam). HIER. epist. 39, 5, 3 -ae praestitisse solacium (*syn.* suorum auxilio destituta).

c *notione minus stricta i. q. solus, destitutus*: ACC. trag. 415 exul inter hostes, exspes expers -us vagus. LVCR. 6, 1241 *profugientes* poenibat ... turpi morte ... -os, opis expertes incuria mactans. VERG. Aen. 11, 412 si tam -i sumus ..., oremus pacem. OV. Pont. 1, 3, 49 orbis in extremi iaceo -us harenis. SEN. benef. 4, 19, 2 in medio intervallo huius et alterius caeli -us sine animali, sine homine, sine re ... *deus Epicuri*. 6, 25, 2 amicae suae optant exilium, ut -am fugientemque comitentur. Thy. 991 (*res personata*) ipse ... aether gravis inter diem noctemque -us stupet. PETRON. 81 ut ... mendicus, exul in deversorio Graecae urbis iacerem -us. OCTAVIA 631 reddat ... iugulum hostibus -us ac destructus et cunctis egens. LACT. inst. 1, 7, 4 tamquam nos ... -um ac solitarium *deum* dicamus. OPTAT. 2, 15 p. 50, 12 *diabolus* illo tempore ... -us latebat in templis. AMBR. in psalm. 118 serm. 2, 9 solet *deus* congregare dispersos, -os requirere. VVLG. Ezech. 38, 12 super eos, qui -i fuerant et postea restituti. AVG. in psalm. 145, 11 cultor deus si recedat ab homine, -us fit homo *eqs.* ALC. AVIT. carm. 4, 35 -a iacens domini caelestis imago. *nota opp. gratiosus, potens*: CATO or. frg. 44 ecquis incultior, religiosior, -ior, publicis negotiis repulsior? CIC. Verr. 5, 146 o -um hominem! 5, 148 ne ... istum omnino Syracusis sine amicis, sine hospitibus, plane nudum ac -um putetis. epist. 1, 5^b, 2 rex, cum intellegat ... -um se atque abiectum fore. *adde de corporibus mortuorum (cf. p. 681, 56 sq.)*: CIC. Phil. 14, 34 *suos* nec inhumatos esse nec -os. SIL. 14, 611 passim etiam -a iacent inhumataque late corpora.

II ***de rebus***: **A** *de locis* (GLOSS. -um incelebre, desolatum; -a ἔρημα. *c. abl.*: CORIPP. Ioh. 1, 411 -as civibus urbes [*syn.* vacuus]): TER. Eun. 845 in angiportum quoddam -um. ACC. trag. 554 in -a et tesqua te apportas l o c a? (RHET. Her. 2, 4, 7 locus quaeritur, celebris an -us *eqs.* CIC. inv. 1, 80 qui locus -us est, in eo caedem factam esse

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

B *cum dativo*: **1** *personae*: sibi: CIC. S. Rosc. 104 vide, ne tibi -sis. Verr. 6, 56 off. 3, 6 Att. 12, 14, 3 epist. 7, 7, 2. HOR. sat. 1, 9, 56 haud mihi dero. *al.* SEN. epist. 121, 24 quae aliis inutilia sunt, sibi ipsa non -esse, *animalia.* CIC. Verr. 4, 187 nulla umquam mihi in cupiditate ac turpitudine (*syn.* versatus es. Att. 1, 16, 17 in quo *negotio* ei non. epist. 13, 16, 2. CATVLL. 64, 151 tibi . . . supremo in tempore. LIV. 3, 54, 12). Verr. 6, 121 eorum propinqui neque tibi (*per ironiam*) neque illis -sunt (Att. 13, 49, 1 me Phameae, cum. 15, 17, 2 recte facis . . ., quod Serviliae non -es. ad Q. fr. 1, 2, 4 cui . . . nullo loco. 2, 4, 1. 2, 9, 3 pridie Idus neque tibi neque Pomponio. CIC. fil. Cic. epist. 16, 21, 78 me tum tibi. LIV. 6, 18, 8 ego quidem nulli vestrum. SEN. dial. 5, 31, 2 mihi ad sacerdotium. VAL. FL. 7, 174. ITALA exod. 23, 21 [Cypr. testim. 2, 5] non enim -erit tibi [ὑποστείλεται, VVLG. dimittet]). *nota de praesentiae (sim.) officio*: CIC. epist. 7, 16, 2 si fores cenitarem, Cn. Octavio . . . non -issem (SVLP. RVF. epist. 4, 5, 1. VAL. FL. 8, 277 nec tibi digna . . . ad conubia frater. PLIN. epist. 1, 13, 5 prope nemini). *adde*: PRIAP. 12, 7 ne -sit sibi, mentulam rogare. 57, 6. CIC. Mur. 10 amico . . . misero . . . consuli (Att. 4, 13, 1 cui non oporteret. SEN. benef. 4, 28, 1 bonis [*opp.* prodesse . . . malis]. FEST. p. 237 familia et posteri eius non -erunt decumantibus [*postea*: non affuit]. LVCAN. 8, 578 egresso . . . marito. VVLG. Sirach 7, 38 non -sis plorantibus in consolatione [rogatione *Amiat.*]). CIC. de orat. 1, 4 tibi . . . neque hortanti . . . neque roganti (Tusc. 5, 112 nec amicis deliberantibus. *al.* NEP. Timoth. 4, 3. AMM. 15, 8, 14 tibi quodcumque acturo). CIC. Sull. 7 Antonio nonne sodales, non collegae sui, non veteres amici, quorum ille copia quondam abundarat, non hi omnes . . . *principes* -uerunt (LIV. 2, 57, 4 non consulem senatui, sed senatum consuli. 8, 30, 6. LVCAN. 5, 499 se deis, non sibi numina [STAT. Theb. 5, 133 superisne vocantibus ultro -sumus? TERT. adv. Marc. 1, 24 p. 323, 19 nulli -esse debuerat *den. argus.* AVG. civ. 2, 23]). CIC. phil. frg. 3, 2 nec . . . scientiā iuris maioribus suis Q. Aelius Tubero -uit (*i. parem esse*), doctrinā etiam superfuit.

2 ***rei*** (*prout significatus obiecti est, praevalet sensus aut subeundi sive curandi aut sustinendi sive satisfaciendi, interdum uno eodemque loco*): CIC. div. in Caec. 2 commodis eorum me non -urum. 47 posse te et illi quoque iudicio non -esse et causae atque officio tuo satisfacere. Verr. 4, 145 causae (LIV. 4, 44, 8. VLP. dig. 4, 6, 21, 3 defensioni. CASSIOD. inst. div. praef. p. 1109^B eloquentiae). 5, 139 communi legatorum voluntati (Phil. 10, 14 civium studiis. top. 5 flagitationi. INSCR. christ. Rossi I 1077 <ob>sequiis) et saluti Siciliae (LVCR. 1, 41). Caecin. 5 religioni (leg. 3, 14 huic rationi studioque. VAL. MAX. 5, 8, 1 publicae vindictae, *exigens eam.* IVST. 16, 4, 14). Catil. 4, 18 populo Romano (p. red. ad Quir. 18 nullo me loco rei publicae. PLANC. Cic. epist. 10, 21, 3. LEP. Cic. epist. 10, 34, 2 nec senatui nec rei p. POLLIO Cic. epist. 10, 33, 5 neque -esse neque superesse rei p. volo. BRVT. Cic. epist. 11, 9, 2 SEN. contr. 1, 8, 14 SVET. Iul. 75, 1. *sim.*: LIV. 5, 51, 2 *patriae.* SIL. 16, 610. SPART. Hel. 3, 5 nec provinciae. LAMPR. Diad. 2, 3 imperio . . . nomini Antoniorum). Cluent. 51 in . . . causis hominum periculis (Att. 3, 27, 6 nostris miseriis ne -sis. AMBR. exc. Sat. 1, 32). Balb. 60 neque huic umquam labori officio (Brut. 245 nec in . . . causis nec in senatoria sententia. LIV. 45, 23, 6. PETRON. 139 biduo. AVG. civ. 1, 36) muneri (CAES. civ. 1, 32, 7 oneri [*O al.*]. 2, 41, 3 negotio. HOR. sat. 2, 5, 89 neu -sis operae [-a *Susbye*] neve immoderatus abundes. LIV. 6, 24, 8 rei. 37, 37, 4 principiis rerum. 42, 59, 7 audaci coepto [STAT. Theb. 10, 236]. *adde*: GRATT. 305 fetu<s> . . . operi *matres, canes*). Planc. 94 C. Caesaris laudibus (Att. 11, 5, 3. epist. 10, 2, 2 ne cum periculo quidem meo. 13, 771 honori . . .; itaque affui. rep. 6, 26 decori vestro non). Phil. 1, 15 alium alia de causa . . . dignitati suae (epist. 11, 24, 1 ita ut ne -sim constantiae meae. VAL. MAX. 6, 5, 1 iustitiae suae). ad Q. fr. 2, 15, 1 spei aut cogitationi vestrae (APVL. met. 9, 7 sermoni mulieris). VARRO Men. 257 erili dolori non -uit (LIV. 3, 50, 10 nec illius dolori nec suae libertati). CAES. Gall. 7, 66, 6 terrori hostium (*β*, hostibus *α*) non -urum (*β*, futurum *α*) *se* (*cf.* civ 3, 93, 2 neque vero Pompeiani huic rei [*i. impetui in se facto*]). civ. 3, 79, 1 ad opprimendos adversarios ne occasioni (-e, -is *al.*) temporis. LIV. 4, 57, 8 ut tantum non -isse fortunae (28, 44, 8 praebenti se. VELL. 2, 48, 2) videretur (LIV. 21, 27, 7 tempori. 22, 39, 21 occasioni tuae [PLIN. nat. 11, 87]. SIL. 8, 36 nec -sit fatis ad signa movenda. TAC. hist. 4, 34 dux . . . prosperis). 24, 29, 12 neque sese -uros ei bello ita, ut *eqs.* LVCAN. 6, 10 numquam Latiae . . . ruinae (COMMENT. *ad l.* semper paratum . . . esse. *sim.*: LVCAN. 8, 534 adversis non -esse decet, sed laeta secutos. PORPH. Hor. carm. 4, 4, 63 non -esse Romanos tot tantisque bellorum cladibus acceptis). FLOR. epit. 3, 11, 6 dei . . . nec insidiis nec virtuti hostium (VOPISC. Aurelian. 26, 5. *cf.* AVIEN. Arat. 36 nec -sit genitis pater ullo in tempore rebus. AVG. civ. 6, 7 *al.*). PORPH. Hor. carm. 2, 15, 1 brevi . . . agri arationi. CHIRON 463 fricationibus -esse nolito. MAXIMIN. c. Ambr. 140 *illos* certamini non -uros. *add. gerund.*: LIV. 24, 29, 6 pro parte sua concitando bello (PLIN. nat. 25, 85 TAC. hist. 3, 54). *gerundium*: LVCIF. Athan. 1, 39 p. 136, 23 qui neque omnia genera tormentorum inferendo -sis neque varie puniendo. moriend. 4 quod nos legati asseverabamus in tuo palatio et firmando non -sumus.

adde exempla, ubi res subiectum est (*cf. I B 1 et 3*): CIC. Arch. 13 oratio et facultas, quae numquam amicorum periculis -uit. Phil. 3, 34 consilium vestrum non -esse rei publicae, quoniam ille virtutem suam non -uram esse profitetur. CIC. epist. 10, 1, 4 studium honori tuo . . . non (10, 6, 1 CAES. civ. 2, 39, 5). 14, 1, 2 ne mea valetudo tuo labori. NEP. Cim. 4, 3 nulli fides eius, nulli opera, nulli res familiaris. DIRAE 18 nec -sit nostris devotum carmen avenis. OV. am. 3, 7, 8 numeris . . . iuventa suis. CALP. ecl. 1, 17 nec tibi . . . mea fistula. PLIN. nat. 22, 15 natura, quam certe non -isse nobis docebimus. 25, 85 nec alias . . . Hispaniae herbis exquirendis. CYPR. GALL. Ios. 362 grandaevosque necat pueris nec -uit ensis. FIRM. err. 6, 9 nec senatus consuli nec leges rei publicae nec consul legibus -uit. AVSON. 419, 80 beneficiis ne -esset officium. *res personata*: CIC. Tusc. 3, 15 officio suo et muneri *corpus.*

C ***structurae***: quin: CIC. epist. 5, 12, 2 -esse mihi nolui, quin te admonerem. LIV. 28, 8, 2 se nulli loco nec tempori -isse, quin. FRONTIN. strat. 2, 5, 53 FLOR. epit. 4, 9, 2. quominus: TAC. ann. 14, 39 nec -uit Polyclitus, quominus . . . terribilis incederet. PANEG. 11, 3 numquam . . . senatoris officio . . ., quominus. SVLP. SEV. dial. 1, 1, 4 me tibi . . . quominus. *infinitivus*: PROP. 1, 16, 7 mihi (*loquitur porta*) non -sunt turpes pendere corollae semper *eqs.* (LVCAN. 7, 669 nec -erat robur in enses ire duci. VAL. FL. 2, 314 non illis obvia tela ferre . . . furor. SIL. 13, 304. *quae tamen omnia magis ad usum proprium pertinent apposito infinitivo graeco*). SIL. 7, 498 pascere nec Poenus . . . favorem -erat. 11, 50. TAC. hist. 1, 36 nec (*sic ubique*, 4, 80 neque ipse) -erat Otho . . . adorare vulgum. ITALA num. 9, 13 (Aug. loc. hept. 4, 20) -uerit facere pascha (ὑστερήσῃ ποιεῖν, VVLG. non fecit Phase). PORPH. Hor. sat. 2, 5, 83 proverbialiter numquam -erit hoc facere. PARIS 5, 2, 1 (VAL. MAX. destitit). ARNOB. nat. 2, 65 tamquam tibi -sit opem . . . ferre *deus.* HIL. trin. 11, 2 (FILASTR. 127, 2).

syn.: absum, careo, deficio, desero, desideror, resto. *opp.*: abundo, adicior, adsum, afferor, augeor, invenior, perficior, satisfacio, supero, supersum.

dēsūmo, -psi, -ptum, -ere *a* de *et* sumere. *legitur inde ab* HOR. **1** *i. q.* ***eligere*** (*compluries munus subeundum; ponitur de hominibus, ubi aliud subiectum non ascribitur*): HOR. epist. 2, 2, 81 ingenium, sibi quod vacuas -psit Athenas (*ubi studiis se dederet*). LIV. 4, 55, 3 duo singuli *tribuni* singulos sibi consules asser-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

vandos . . . -unt (VAL. MAX. 7, 8, 9 iura . . . suggillanda sibi. SEN. epist. 51, 1 *locum* illum [*Baias*] sibi celebrandum luxuria -psit (-msit *P*). SVET. Aug. 30 -pta sibi Flaminia via Arimino tenus munienda). 7, 20, 5 populum Romanum ... sibi ... hostem (38, 45, 8 *M* [assumpseras *BΦ*]. SIDON. epist. 5, 5, 3 arbitrum te disceptatoremque *Germanorum senectus*). VAL. MAX. 4, 4, 10 patris sibi partes *senatus* (TAC. dial. 37 quo maiores adversarios acrioresque pugnas sibi ipsa *eloquentia*. PLIN. epist. 8, 20, 7 saepe inter se maiores minoresque quasi cursum certamenque *insulae*. *adde hic merum suscipiendi significatum deposito optionis sensu*: PAVL. NOL. carm. 20, 144 talem merui -ere poenam). SEN. dial. 12, 14, 2 non te solum fortuna . . . sibi, quem *c. coni.* TERT. nat. 2, 4 ut vocabulum istud ⟨sit aliunde de⟩sumptum. 2 *i. rapiendo consumere, perdere*: TAB. devot. Audollent 250, 23 ⟨su⟩matis apsumatis, -atis consu⟨ma⟩tis cor. 300 -atur, ut facia⟨s⟩ il⟨l⟩um sine sensum. *cf.* 98 (= CORP. XIII 7554), 9.

[**desuo**]. GLOSS. IV 332, 39 dissire desuere (dissuere *Loewe, gloss. nom. [1884] p. 108*). [CATO agr. 21, 3 *coni. Politianus.*] *Bögel.*

⁎**dēsuper** *adv. et praep. a* de *et* super. SERV. Aen. 1, 165 -r pro supra, praepositione contra rationem adiecta. AVG. loc. hept. 7, 11 (*v. p. 790, 80*) -r: sic interpretari potuit quod Graecus habet ἀπὸ ἄνωθεν; nam locutio minus latina est. GLOSS. ἄνωθεν. ἐπάνωθεν. ὕπερθεν. ex superiore parte. super. superne. *legitur inde a* CAES. (*l. 24. 29*) *et* VERG. (*cf. Leo, Archiv 10, 437*); *deest* HOR. LIV. TIB. PROP. QVINT. ICTIS *etc., frequentat* STAT. [*dub.*: CAES. civ. 1, 79, 2 STAT. Theb. 6, 720. *cf. R. Helm, De P. Papinii Statii Thebaide 1892 p. 145 sq.; A. Klotz, Hermes 40 (1905) p. 363 sq.*]

I ***adverbium***: **A** *de motu in locum inferiorem i. q. de superiore loco, parte; apud christianos persaepe i. q. a deo, divinitus, caelitus* (*syn.* deorsum GELL. 9, 1, 2). CAES. Gall. 1, 52, 5 milites, qui in phalangas insilirent et scuta manibus revellerent et -r vulnerarent (de supero *Lachm. Lucr. 6, 511*, et -r vuln. *del. Dtbg. cf.* TAC. hist. 4, 23 -r saxis vulnerabantur. *cf. p. 790, 77*). VERG. Aen. 1, 165 silvis scaena coruscis -r horrentique atrum nemus imminet umbra (STAT. Theb. 1, 661 TERT. bapt. 4 AVIEN. Arat. 436 RVFIN. hist. 3, 8, 2). 1, 420 *collis* plurimus urbi imminet adversasque aspectat -r arces. 2, 47 machina . . . ventura -r urbi (*item* VEG. mil. 4, 19. *cf. etiam* STAT. Theb. 6, 879 HOMER. 380 AVG. civ. 18, 30. 20, 17 contin. 13, 28). 4, 122 his . . . nimbum . . . -r infundam (GELL. 2, 30, 4 CYPR. ad Donat. 4). 6, 678 campos . . . nitentis -r ostentat. 8, 81 quae -r urget, nutabat tellus (*v. p. 790, 26*). 8, 249 -r Alcides telis premit. 8, 705. 9, 636 Apollo -r Ausonias acies . . . videbat (STAT. Theb. 10, 871 LACT. ira 8, 8. AVG. in psalm. 126, 3 superintentor . . . quia superintendit, quia -r videt). OV. fast. 3, 530 -r extentas imposuere togas (SIL. 1, 349. ITALA num. 4, 6 [Monac.] imponent super arcam corium hiacintinum -r [ἄνωθεν, VVLG. extendent . . . -r pallium]. VVLG. exod. 40, 17 imposito -r operimento. lev. 8, 7 num. 23, 4 III reg. 7, 35 HIER. epist. 49, 7, 1). SEN. nat. 3, 28, 7 in nos mare emittitur -r. 5, 18, 7 cum effugerimus procellosos -r montes. Thy. 163 poma . . . -r insultant foliis mitia languidis. epist. 74, 8 quae fortuna -r iactat. COLVM. 12, 16, 4 *terram* modice -r calcato (*v. p. 790, 21*). VAL. FL. 4, 307 congerit ictus -r averso. 7, 601 totus . . . incumbit Iason -r (STAT. Ach. 2, 151 TERT. spect. 21 PROB. Verg. ecl. 6, 31). HOMER. 303 cedentem retro dum -r appetit hostem. STAT. Theb. 3, 421 deus . . . -r Arcadiae fines . . . armorum tonitru ferit (VVLG. prov. 27, 22 HIER. in Soph. 1, 11 p. 686). 5, 378 -r invalidis fluitantia tela lacertis . . . spargimus (SVET. Nero 31 SISEBVT. anth. 483, 36). 9, 489. 10, 545. SIL. 14, 326 cum -r actum incuterent puppi chalybem morsusque tenaces. TAC. hist. 2, 16 ut proeliantibus Romanis -r (*i. ex iugis*) incurrerent (CYPR. GALL. Ios. 395). ann. 2, 22 ingerunt -r Othoniani pila. 3, 27. PLIN. paneg. 34 -r intueri delatorum supina ora (EPIST. pontif. 212 [Lucif. epist. 7 p. 331, 12]). FLOR. epit. 3, 3, 16 cum *uxores* obiectis undique plaustris atque carpentis altae -r . . . pugnarent (VVLG. I Macc. 6, 37). SVET. Tib. 72 aprum iaculis -r petit. GELL. 2, 30, 5 non -r laesae, sed propulsae in adversum aquae. 9, 1, 1 -r e muris propugnari (DICT. 3, 16 animadvertere. *cf.* VVLG. II reg. 11, 20 -r ex muro tela mittantur. 11, 24 direxerunt iacula sagittarii . . . ex muro -r). GELL. 9, 1, 4 facilior . . . iactus est . . . si -r iacias (VVLG. iud. 9, 53 HIER. epist. 22, 9, 2). 14, 1, 23 consilia . . . hominum . . . moveri agitarique -r e caelo (*cf.* MAR. MERC. Cyr. incarn. 34). APVL. met. 2, 16 -r aqua calida iniecta. 10, 20. 11, 3 spicis . . . Cerialibus -r porrectis (SIDON. carm. 22, 169). mund. 3 praecipiti grandine -r verberatur. Plat. 1, 13 rationem consulturam (*Salmasius*, consumptam *trad.*) -r cunctorum saluti. 1, 15 PS. APVL. Ascl. 20. TERT. bapt. 8 accommodatis -r manibus. ITALA gen. 6, 16 (Hier. quaest. hebr. in gen. p. 13, 3) colligens facies arcam et in cubito consummabis eam -r (ἄνωθεν, VVLG. consummabis summitatem eius). exod. 36, 38 (Lugd.) imposuit . . . ut insideret mytre -r (ἄνωθεν, VVLG. *aliter*). num. 4, 13 (Lugd.) supra cooperient -r vestimento toto purpureo (ἐπικαλύψουσιν ἐπ' αὐτό, VVLG. involvent illud purpureo vestimento). Is. 5, 6 (Eucher. form. 2 p. 9, 14) -r ne pluant (VVLG. ne pluant super eam. HIER. in Hab. 1, 2 p. 621 pluente -r diabolo). IREN. 1, 13, 4 quibuscumque deus -r (ἄνωθεν) immisit gratiam suam. 3, 16, 1 in quem -r quasi columbam descendisse Christum (*ibid. iterum. cf.* CYPR. Demetr. 7 AMBR. hex. 2, 3, 13). SER. SAMM. 191 ut *oculi* nullos paterentur -r ictus 198 *laticem* -r induces (*v. l. 48*). CYPR. epist. 76, 4 *deus* -r spectans (LACT. inst. 6, 24, 20 HEGES. 1, 15, 2). PS. CYPR. abus. 11 tunica *Christi* contexta -r fuerat per totum (*cf.* HIER. epist. 15, 1, 1). LACT. ira 8, 9 nisi aliquis -r terror impendeat ad cohibenda peccata. Phoen. 133 *sq.* alarum (*coni. Ritschelius*, harum *B C*) pennas insignit -r iris (*coni. Schoellius*, insigne desuper iris alis *B*), pingere ceu nubem -r acta solet. NON. p. 45 inferum recte potest dici quidquid -r mittitur (p. 286 MAR. VICTORIN. gen. div. verb. 1 VVLG. Bar. 6, 62). p. 288 despicere -r aspicere (AVG. quaest. hept. 7, 49). ITIN. Alex. 52. VIR. ill. 73, 11 lapidibus et tegulis -r interfectus. AVIEN. Arat. 862 nubila conceptos effundunt -r imbres. AMBR. hex. 3, 7, 30 quam (*scaenam*) -r obumbrabat repente destituens (*sc. gloria*). VVLG. gen. 27, 39 in pinguedine terrae et in rore caeli -r (*cf.* Is. 45, 8 rorate caeli -r). 31, 34 abscondit idola . . . et sedit -r (*cf. l. 62*). Iob 36, 28. Ioh. 19, 11 nisi tibi datum esset -r (ἄνωθεν. AVG. gen. ad litt. 10, 10 p. 307, 17 c. Faust. 22, 75). HIER. epist. 9, 3 ferae . . . currentem . . . frustra praedam . . . rabido -r ore dilaniant. *al.* SYMPH. 124 -r ex alto virides expecto (excepto *coni. Baehrens*) saginas (*verba porci*). VEG. mulom. 2, 43, 2 foramina -r . . . implebis. PHYSIOGN. 77 -r trahunt spiritum et sursum versus revocant (μετάρσιον ἐμπνέουσιν). DICT. 3, 6 cum . . . a⟨lios⟩ -r proculcans obtereret (*cf. p. 789, 50*). 3, 10 Hector . . . opprimit ac -r vulneribus multis fodit (*cf.* OROS. hist. 6, 7, 9 perfoderunt). 5, 11 consilium destruendorum -r murorum capiunt. AMM. 20, 11, 10 dolia -r cadebant (MART. CAP. 6, 600). 29, 4, 1. CLAVD. 5, 384 vox -r ingens infremuit. carm. min. 25, 117. RVFIN. hist. 2, 23, 17 cum . . . eum . . . -r lapidibus perurgerent (καταλιθοβολούντων αὐτόν) [*v. p. 789, 39*]. AVG. civ. 4, 11 ut aerem Iunonem subterfusam -r amplectatur *Iuppiter*. contin. 14, 32 tamquam suis viribus tribuens quod ei -r praestabatur. PELAG. in II Cor. 3 p. 779[d] vox -r patris. SERV. Aen. 1, 85 *Aquilo* -r flat. NOVELL. Iust. 146, 1, 2 neque -r traditam de prophetis *secundam editionem* (ἄνωθεν παραδεδομένην). CORIPP. Ioh. 3, 205 -r ab scopulis acies vallaverat hostem. -r deorsum: PS. APVL. Ascl. 6 -r deorsum radices pervenientes habent (*opp.* de imo in superna).

B *de loci superioris mera indicatione i. q.* supra, insuper (*opponuntur* subter *l. 40. 50 al.*, inferius *l. 51*, deorsum *l. 56*, subtus *l. 73*); *interdum dubitari potest, an melius ad A referendum sit.* VAL. FL. 5, 175 mirantur ab alto . . . rupta . . . saxa et simul ingentem moribundae -r umbram alitis. STAT. Theb. 3, 509 vultur et altis -r accipitres exultavere rapinis. 8, 314 subter . . . ac -r una sufficis, *Natura*. 9, 357 -r . . . parma natat. FLOR. epit. 2, 6, 6 -r (*i. super rogo*) se suosque . . . ferro et igne corrumpunt. 3, 2, 6 saxeas erexere turres et -r exornata armis hostilibus tropaea fixerunt (AVIEN. Arat. 806). CARM. epigr. 450 A 3 (*saec. III in.*) titulus . . . voci praepositus nostrae qui -r instat. TERT. spect. 27 *aer* -r incubat (VVLG. deut. 22, 6). adv. Val. 6 in lineis *Graeca* -r notabuntur. adv. Marc. 3, 24 innixum -r (*i. stantem summis in scalis*) dominum. nat. 1, 12. IVST. 21, 6, 6 in tabellis ligneis vacua -r cera inducta (*syn.* 2, 10, 13 *tabellas ligneas* cera superinducit) [*cf.* CHIRON 81. *v. etiam l. 1*]. LACT. inst. 2, 8, 62 cum fabricaretur -r caelum, terra subter fundaretur. ira 10, 31 *opp.* inferius. PS. HIL. dedic. eccl. p. 881[A] *lignis* et templum intus ornatum ac -r tectum. HEGES. 5, 49, 3 indutus veste candida et purpureo -r vestimento. VVLG. gen. 22, 9 aedificavit altare et -r ligna composuit (APIC. 4, 132). 28, 18 tulit lapidem . . . fundens oleum -r (iud. 6, 20). exod. 20, 4 similitudinem, quae est in caelo -r et quae in terra deorsum (*cf.* lev. 26, 19 deut. 5, 8 III reg. 8, 23 Ier. 4, 28). 40, 35 si *nubes* pendebat -r. lev. 1, 8 membra . . . -r ordinantes. 6, 12. num. 4, 6 extendent . . . -r pallium (*v. p. 789, 45. cf.* 4, 8. 11. 12 Ezech. 1, 11. 22. 37, 8). 5, 7 reddent ipsum caput quintamque partem -r (*paene i. q. ultro*). 16, 46. III reg. 7, 11. 20 *fecit* capitella in summitate columnarum -r. 7, 29 Iob 31, 2. Am. 2, 9 *opp.* subter. Matth. 21, 7 eum -r (*i. super asinam et pullum*) sedere fecerunt (ἐπεκάθισεν ἐπάνω αὐτῶν). *saepius.* HIER. quaest. hebr. in gen. p. 30, 20 Hebraei quod sequitur (*i. gen. 19, 33*) appungunt -r quasi incredibile. in Is. 20, 6 p. 215 vidit venientem bigam et aurigam -r. in Ezech. 1, 27 *sq.* p. 21 a lumbis et -r. AMM. 23, 4, 7 scorpio . . . quoniam aculeum -r habet erectum. RVFIN. hist. 3, 37, 1 ecclesiae fundamentis . . . dignissima -r fidei aedificia construebant (ἐπῳκοδόμουν). AVG. civ. 19, 12 *opp.* subter. 22, 11 *opp.* subter. *al.* THEOD. PRISC. eup. faen. 64 -r linteolum . . . superaddito (super ponito *C*). 73 ex isdem -r (super *r*) cataplasmatibus requiro beneficium. gyn. 17 -r . . . libianum superimponi. SORAN. p. 7 quod (*i. vulva*) est sub se habens longaonem et vesicam -r. PS. RVFIN. in psalm. 6, 4 *opp.* subtus. PASS. Theclae C 35 p. 99, 24 exhibuerunt tauros et illam -r ligantes. PASS. Petr. Paul. brev. 2 *sportam* -r contexite.

II ***praepositio***: **A** *i. q. de; significatur deductio*: **1** *cum ablativo*: VERG. Aen. 12, 295 *Messapus Aulesten* -r altus equo graviter ferit. SIL. 2, 475 -r haec caelo spectans Tirynthius alto. ITALA deut. 6, 15 (Aug. spec. 4 p. 19, 2) ne . . . auferat te -r facie terrae (ἀπὸ προσώπου, VVLG. de superficie). iud. 3, 21 (Aug. loc. hept. 7, 11 sumsit Aod gladium -r femore suo dextro (ἐπάνωθεν, *Aug.* ἀπὸ ἄνωθεν, Lugd. a, VVLG. de femore) [*cf. p. 789, 19*]. 4, 15 (Aug. loc. hept. 7, 19) descendit . . . -r curru suo (ἐπάνωθεν τοῦ ἅρματος, *Aug.* ἀπὸ ἄνωθεν, Lugd. *et* VVLG. de curru). Tob. 3, 6 (Reg. Sangerm. 4) ut

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

... dimittar -r terra (ὅπως ἀπολυθῶ καὶ γένωμαι γῆ, VVLG. *aliter; v. l. 15*). 3, 15 (Reg. Sangerm. 4) me dimitti -r terra (ἀπό, Sangerm. 15 de terris, Vat. a terra; VVLG. *v. l. 16*). VVLG. Mich. 2, 8 -r tunica pallium sustulistis (HIER. *ad l.* p. 452. 453 -r tunicam). 3, 2 qui violenter tollitis pelles eorum -r eis et carnem eorum -r ossibus eorum. ORIBAS. syn. 3, 12 solvendus est medicamen -r vulnere. AVRELIAN. reg. mon. 21 -r altari vel euangelio eas (*claves*) accipient. GREG. TVR. Iul. 16 *pecuniam* presbiter -r sepulchro sancti accipiens. 2 *cum accusativo*: ITALA gen. 29, 3 (Lugd.) devolvebant lapidem -r os putei (ἀπὸ τοῦ στόματος, VVLG. ut devolverent lapidem). exod. 25, 22 (Ambr. epist. 4, 4) loquar tecum -r propitiatorium de medio duorum Cherubim (ITALA Rufin. Orig. in Rom. 3, 8 -r propitiatorio; ἄνωθεν τοῦ ἱλαστηρίου, VVLG. supra propitiatorium). Ios. 15, 18 (Lugd.) clamavit -r asinum (ἐκ τοῦ ὄνου, VVLG. suspiravit ... ut sedebat in asino). Tob. 3, 6 (Sangerm. 15) ut ... dimittar -r terram (*cf. l. 1*). VVLG. Tob. 3, 15 aut certe -r terram eripias me (ἀπό. *cf. l. 2*). HIER. in Mich. 2, 8 p. 452 *v. l. 3*. VITA Adae 46 exurge -r corpus patris tui. ORIBAS. syn. 3 add. p. 891 *ervum* tollis -r focum. GREG. TVR. glor. conf. 54 removent -r tumulum ligna cum flammis. BENED. reg. 58 petitionem quam -r altare ab- bas tulit (*opp.* super altare posuit). *adde*: VVLG. Ezech. 10, 4 elevata est gloria domini -r Cherub ad limen domus.

B *i. q. super, significatur locus superior; additur sive abl. sive accus.*: GRATT. 510 veniat *talis equus* Caudini saxa Taburni Garganumve trucem aut Ligurinas -r Alpes. LVCAN. 1, 688 nunc -r Alpis nubiferae colles ... abripimur (*ibid.* feror super *c. acc.*). GROM. p. 311 maxime -r se mittit usque in vallem alveum. p. 314 si montem -r se habuerit. TERT. adv. Val. 20 ipsam caelorum septemplicem scaenam solio -r suo finit. CHIRON 667 auferes *pulmunculum* -r spinam. 668 decarnabis -r spinam (*syn.* super spinam). ITALA iud. 13, 20 (Aug. quaest. hept. 7, 54) dum ascenderet flamma -r altare ad caelum (ἐπάνω τοῦ θυσιαστηρίου, VVLG. cum ascenderet flamma altaris ad caelum). VVLG. I Macc. 9, 64 castra posuit -r Bethbessen. AVG. quaest. hept. 2, 174 extendit ... aulaea super tabernaculum, usu utique -r tecto, sed cingens columnas. VITA Radeg. 2, 26 pallam corporalem -r sancto tumulo (sanctum tumulum *2*, super sanctum tumulum *4 a*) mordicus apprehendit. MARCELL. chron. I p. 95, 501, 28 arma diversis pomis -r cumulata. *nota*: ITALA Ezech. 40, 43 (Wirc.) habebunt ... -r mensas -r velamina ad protegendum (ἐπὶ τὰς τραπέζας ἐπάνωθεν, VVLG. super mensas).

C *i. q. ex*: LEX Sal. 61, 1 si quis alteri de manum suam -r alterum aliquid rapuerit (*cf.* 61, 2 super hominem vivo aliqua expolia tulerit). 61, 3 si ... quicumque homo quamlibet rem -r hominem in tertia manu miserit.

D *relationem tantummodo indicat*: PAPYR. Marini 118 -r (h)ac re aliquam aliquando causam, litem, actionem, petitionem, repetitionem, controversiam in rem vel in personam habere habiturumve esse (*syn.* super ac re. *sim.* 104, 35 -r hanc rem).

comparat. **dēsuperius** *adv. i. q. inferius*: GREG. TVR. Franc. 6, 43 quae (*res*) -s memorabuntur.

? **dēsuperne** *adv. a* de *et* superne. *i. q. desuper*: VITR. 10, 16, 10 temperavit aena ... -e (desupernae *H*, desuperna *EG*, de superno *coni. Lachmann Lucr. 6, 511*) contra capita hostium (*cf.* 10, 7, 3 de supernis; 10, 14, 2. 10, 15, 1 superne).

dēsuprā *adv. et praep. a* de *et* supra. *i. q. desuper*: ITALA gen. 23, 3 (Aug. c. Maximin. 2, 3) surrexit Abraham -a mortem eius (ITALA Ambr. Abr. 1, 9, 80 Aug. loc. hept. 1, 74 p. 518, 22. quaest. hept. 7, 49 a mortuo; ἀπὸ τοῦ νεκροῦ αὐτοῦ, VVLG. ab officio funeris). II reg. 5, 20 (Legion.) venit David de superioribus caedens ... -a per laborem (ἐκ τῶν ἐπάνω, VVLG. *aliter*). CHIRON 534 caliginem -a fuci (facit *vel antea* frica *suppl. Büch.*) enim bene, aquam maxime puram, et cornum bubalum comburito. LEX Sal. capit. 3, 2 si quis ... -a (super *H*) tecto ... lapede miserit (iactaverit *H*). *Graeber.*

dēsurgo, -rēxī, -rēctum, -ere *a* de *et* surgere. GLOSS. exsurgit. ἐξεγείρομαι. LVCR. 5, 703 ignes qui facient solem certa -ere parte (*aliis de praepositio est*). HOR. sat. 2, 2, 77 vides, ut pallidus omnis cena -at dubia (GLOSS. II 46, 30 ἐφοδεύει ὡς Ὡράτιος). *per euphemismum i. alvum deicere*: SCRIB. LARG. 112 quoties -xerint torminosi (142). 140 cum coeperit -ere. 142 saepius libet -ere sine causa (= MARCELL. med. 27, 1 [28, 3]. 28, 1. 3). PLIN. nat. 28, 211 crebra et inanis voluntas -endi (*item in tenesmi definitione*: PLIN. med. 2, 9 qui subinde cupiscit -ere et nihil eicit).

dēsurrēctio, -ōnis *f. a* desurgere. *i. alvi deiectio cf. supra l. 68*. MARCELL. med. 27, 22 si ... propter frequentes -es viribus deficientur. *Bögel.*

dēsūrsum *adv. a* de *et* sursum. QVINT. inst. 1, 5, 38 barbarismi *speciem*, ut fiat adiectione 'nam enim' '-m'. DON. gramm. IV 378, 13 praepositio separatim adverbiis non applicatur, quamvis legerimus ... -m (CLEDON. gramm. V 70, 4). *scribitur plerisque locis* desusum. *in usu erat iam temporibus* QVINT. (*v. l. 76*), *apud scriptores nunc legitur inde ab* ITALA.

i. q. sursum, desuper, saepe opp. deorsum. ITALA gen. 27, 28 (Lugd. Hil. myst. p. 13, 9) a rore caeli -m (ἄνωθεν LXX *cod. Alex., om. cett. et* VVLG. [de]). 27, 39 (Lugd. Hil. myst. p. 15, 10) a rore caeli -m (ἄνωθεν, VVLG. desuper). Ios. 3, 16 (Lugd.) aquae quae descendebant -m (ἄνωθεν, *om.* VVLG.). Iob 18, 16 (Aug. in Iob p. 547, 19) et -m (ἐπάνωθεν, VVLG. sursum) irruet messio eius. Luc. 1, 3 (cod. d) mihi assecuto -m (ἄνωθεν, VVLG. a principio). Ioh. 6, 65 (codd. ff[2] l) nisi datum illi fuerit -m a patre meo (-m *om. graec. et* VVLG.). 8, 23 (cod. e) ego -m sum (ἐκ τῶν ἄνω, VVLG. de supernis). 19, 11 (cod. ff[2]) nisi data tibi esset -m (ἄνωθεν, VVLG. desuper). Ps. TERT. haer. 1 p. 214, 10 quia splendor quidam luminis -m in inferioribus refulsisset. HERM. Pal. mand. 11, 5 -m (ἄνωθεν) est a virtute spiritus sancti. IREN. 1, 6, 4. 1, 24, 1. HIL. syn. 29 descendit -m. HIER. epist. 22, 19, 3 inconsutam -m tunicam. in Eph. 4, 28 p. 631 tract. in psalm. I p. 312, 30 tract. in Marc. p. 321, 20 VVLG. psalm. 49, 4 Ioh. 3, 31 Iac. 1, 17. 3, 15. 17 PELAG. in I Tim. 6 p. 885[C]. RVFIN. Orig. in lev. 1, 4 -m ... est divinitas Christi. in cant. 2 p. 137[B] velum ... scissum est -m usque deorsum. AVG. patient. 17, 14. FAVST. REI. grat. 1, 2 p. 12, 18 quod -m et extrinsecus acceperunt. CASSIOD. hist. 6, 31. GREG. TVR. glor. conf. 3 flamma contra naturam -m incurvata. ANTHIM. praef. p. 7, 16 -m per os vomitus fit. THEOD. MOPS. in Phil. 3, 12. *nota c. genet.*: AVG. quaest. hept. 2, 105 se promisit locuturum deus ad Moysen de medio cherubin -m propitiatorii.

dēsusceptum, -ī *n. a* de suscepto, *cf.* GREG. M. epist. 9, 72 de suscepto dare paginam *et* 3, 49 *l. 23*. *i. q. pecuniae sim. acceptae professio, apocha, perscriptio*: GREG. M. epist. 3, 49 de quibus *rebus depositis* secundum rerum inventarii paginam -um te facere volumus. 4, 15 *bis* (*syn.* notitia). 7, 35 quindecim ei libras accepto ab eo -o dare ... debeatis. 9, 19. 93 ea ... sub -i emissione restituere. 9, 94. 121. NOVELL. Iust. 17, 8 pr. coges ... publicos executores in suis -is (ἀποχαῖς) manifesta facere omnia, in quibus ea dederunt. 46, 1 fiscalibus -is (ἀποδείξεων). 49, 2, 2 proferatur charta, veluti -um mensae gloriosissimorum praefectorum. 72 pr. 128, 3.

dēsuspicio, -xī, -ere *a* de *et* suspicere. *i. q. desursum aspicere*: EVSTATH. Bas. hex. 6, 1 p. 921[A] si quando ... ineffabilem siderum pulchritudinem -isti (desuper aspexisti *al.*).

dēsūsum *v.* desursum.

Cymei [**dēsybyllātus**] sibyllicu GLOSS. V 448, 57. *latet* de sibylla.

dētabēsco, -uī, -ere *a* de *et* tabescere, *cf.* distabescere. *i. q. prorsus tabescere*: ITALA lev. 26, 39 (Lugd.) propter peccata patrum suorum -ent (τακήσονται, VVLG. affligentur). IV Esdr. 7, 87 -ent in confusione. RVFIN. Orig. in psalm. 38 hom. 2, 8 in lebetem ... carnes immitti dicuntur et decoqui, et dicitur, quia coctae sunt et -uerunt vel decoctae sunt carnes et excoctum est ius. HIPPOCR. progn. 12 -entis (συντήξιος) ... signum est.

dētardo, -āre *a* de *et* tardare. *i. q. retardare*: VICTORIN. leg. dom. 89 dum nimium cessat vel -atur ibidem (*Moyses in monte*). PRIMAS. in apoc. p. 818[A] ne implicata terrenis affectionibus -etur *ecclesia*. *L.*

dētēctio, -ōnis *f. a* detegere. *i. q. revelatio*: TERT. adv. Marc. 4, 36 p. 546, 19 descendisse Iesum ad -em (deiectionem *Vrs.*) creatoris. IREN. 1, 22, 2 cum sit ... adversus ... haereticos -o atque convictio varia et multifaria. 2 praef. 2 quod sit et -o et eversio sententiae ipsorum. PASS. Petr. Paul. long. 52 appropinquabit enim et tua (*sc. Simonis*) -o (deiectio *aut* deceptio *codd. al.*, ὁ σὸς παραδειγματισμός).

dētēctor, -ōris *m. a* detegere. *is qui detegit*: TERT. adv. Marc. 4, 36 p. 546, 11 *Christus* -r creatoris. adv. Val. 3 p. 180, 18 hunc primum cuneum congressionis armabimus -em et designatorem totius conscientiae illorum. SCHOL. Stat. Theb. 7, 62 quia sol radiis suis magnifici flagitii -r fuisse narratur.

ᛪ **dētego**, -tēxī, -tēctum, -ere *a* de *et* tegere. GLOSS. ἀποκαλύπτω, ἀποσκεπάζω, περισκέπω. -it denudat, manifestat, prodit. -etur (*sic*) δείκνυται. non -ere non publicare, non manifestare. -ctus nudatus, deopertus, publicatus, discopertus. det[r]ectus depublicatus. -cta ἀπεσκεπασμένα. *legitur inde a* PLAVTO, *deest* TER. RHET. Her. CATVLLO LVCR. CAES. VARRONI SALL. HOR. TIB. PROP. *al.*, *singulis locis legitur apud* CIC. BELL. Alex. PAVL. FEST. VELL. SCRIB. LARG. HOMER. FRONTIN., *frequentant* LIV. SVET. [*loci dubii vel corrupti*: CATVLL. 22, 8 (derecta *vulgo*) SEN. nat. 4, 13, 6 (animi -xerat *Δ*, avide coxerat *ES* (*e coni.*), alimenti decoxerat *Gercke*) SIL. 4, 676 (direxit *Col.*) CARM. epigr. 527, 3.]

I *i. q. retegere, nudare*: **A** ***proprie***: **1** *strictiore sensu i. q. tecto privare*: PLAVT. Rud. 85 -xit ventus villam. BELL. Alex. 13, 2 porticus, gymnasia, publica aedificia -bant (LEX Tarent. [Ephem. epigr. IX p. 1 *sqq.*] 32 neiquis ... aedificium -ito neive dem⟨olito⟩ neive disturbato. LEX Vrson. [Corp. II 5439] 75, 15. LEX Malac. [Corp. II 1964] 3, 63 ne quis ... aedificium -ito, destruito demoliundumve curato). NEP. Att. 20, 3 aedis Iovis ... vetustate ... -cta (LIV. 42, 3, 1. 2). Timol. 3, 2 fana ... -cta (deserta *codd.*). VERG. Aen. 8, 241 specus et Caci -cta apparuit ... regia. LIV. 42, 3, 6 templum. 45, 28, 10 referri tegulas et refici -cta (tecta *V*). AMM. 24, 2, 17 dum moles saxeas -unt hostes. HESYCH. in lev. 14, 33—47 p. 962[C] domum (ἀποσκευάσαι). *nota per hypallagen i. q. demere*: LIV. 37, 11, 3 navalia -i (*Weissenb.*, tegi *vulgo*). *in imagine*: PLAVT Epid. 65 -etur corium de tergo meo (NON. p. 278 degetur, *i. detra-*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

here). Most. 140 *grando* verecundiam mi et virtutis modum deturbavit -xitque a me ilico. 163 tempestas mihi . . . modestiam omnem -xit, tectus qua fui. TVRPIL. com. 160 meretrix te studuit perdere -ere despoliare. 2 *latiore sensu i. q. revelare, denudare* (*accedit abl. l. 10. 28*, a *infra l. 48; accus. graecus l. 7. 10*): CIC. ac. 2, 122 quia possit fieri ut *corporis interiora* patefacta et -cta mutentur. VERG. Aen. 10, 133 caput . . . puer -ctus (PAVL. FEST. p. 119 capita. CELS. 6, 6, 34 LVCAN. 9, 1033 HOMER. 570 SVET. Iul. 57 VEG. mil. 1, 20). LIV. 33, 7, 9 iuga montium -erat (dexter erat *B, corr. R*) nebula (*cf.* STAT. silv. 1, 3, 109 omni -ctus pectora nube). 38, 21, 9 -bat vulnera eorum, quod nudi pugnabant (OV. epist. 6, 40 CELS. 5, 26, 27). OV. met. 6, 389 -ctique patent nervi (CELS. 7, 5, 1). 9, 169 grandia -it ossa (CELS. 8, 2 os. QVINT. inst. 1 pr. 24 SVET. Iul. 81 SOL. 9, 7). trist. 1, 1, 110 turba *librorum* sua -ctā nomina fronte geret. fast. 2, 301 -cti *ministri sacrorum Fauni* (*Lupercalibus*). CELS. 8, 3 *nigritiem* terebra -xit. SCRIB. LARG. 206 ad -ctam membranam. SEN. Herc. O. 1263 viscera manus -xit. Med. 378 Tethys . . . novos -at orbes. dial. 1, 6, 4 cum aliquid accidit, quod *illos felices* disturbat ac -at, tunc apparet, quantum . . . foeditatis alienus splendor absconderit. nat. 3, 29, 1 *terram* nova fluminum capita -ere. COLVM. 2, 11, 1 frumenti radices sarculo. 7, 4, 5 *ovis* saepius -enda et refrigeranda est. LVCAN. 3, 128 ferrum. 4, 529 -it orta dies stantes in rupibus Histros. 9, 460 volitantque a culmine raptae -cto Garamante casae (*sc. ictu venti.* ADNOT. *ad l.* id est nudato). 10, 346 invictumque ducem -cto Marte lacessit. PETRON. 23 *cinaedus* -xit *me* recusantem. *ibid.* parietem. 101 iugulo . . . -cto. PLIN. nat. 17, 106 calami exacutio medullam ne nudet, tamen tenui fistula -at. 28, 28. 37, 88 *sardonyches* constat . . . torrentibus -i. SIL. 13, 168 strictum . . . vagina -it ensem. QVINT. decl. 322 p. 268, 25 arma (PS. FRONTIN. strat. 4, 1, 13 SVET. Tib. 37 Vit. 11). inst. 8 pr. 20 muliebris *luxus* non corpus exornat, sed -it mentem. TAC. ann. 13, 18 -cta corpora (APVL. met. 3, 9 VEG. mil. 1, 20). PLIN. epist. 4, 30, 4. SVET. Nero 48 -cta facie. GAIVS dig. 41, 1, 7, 7 *formam spicarum.* APVL. met. 10, 23 ei . . . libidinis nostrae totam -it scaenam (EVSTATH. Bas. hex. 5, 2 p. 912^{A} totaque eius scaena . . . -itur). SOL. 15, 26 *smaragdi* -cto solo facillime internitent. IVST. 2, 1, 17 editissimam quamque partem *terrae* decurrentibus aquis primum -ctam. 44, 3, 6 aurum. MAR. VICTORIN. rhet. 1, 1 p. 156, 1 cum *animae acies* studio ac disciplina velut -i coeperit atque nudari. AVSON. 398, 37 et quae *ostrea* mira Caledonius nonnumquam -it aestus. VVLG. III Esdr. 8, 80 -ere luminare nostrum in domo domini dei nostri. VEG. mil. 1, 20 -ctis pectoribus. CLAVD. 7, 178 fortunate parens, primos ubi -is ortus, aspicis Arcadium (*de stella*). rapt. Pros. 1, 222 (*cf.* VERG. Aen. 4, 118 retexerit). 2, 339 et Tityus tandem spatiosos erigit artus squalentisque novem -xit iugera campi. SERV. Aen. 8, 288 -cto vertice. SIDON. epist. 9, 9, 6 dona vestra -xit, ut perurbane quae praestantiora portabat operuerit. CASSIOD. in psalm. 125, 8 pauperes . . . nuditate -ctos. CAEL. AVR. chron. 1, 4, 88 *aegrotans* -ctus. *c. praepos.* a: GREG. TVR. Franc. 6, 32 *miles* maximam partem capitis eius a capillis et cute -xit.

B ***translate*:** 1 *de se ipso patefacere, aperire*: a *aliquid* (*seq. interrog. indir. l. 70. cf. l. 60*): LIV. 10, 4, 10 insidias (27, 16, 16. 40, 12, 12). 23, 5, 2 -endo cladem nudandoque. 27, 45, 1 consilium. 35, 7, 4 professionibus -cta est magnitudo aeris alieni. OV. ars 2, 428 furta. (trist. 2, 432 [*pleriq. codd.* facta]). SEN. contr. 2, 1, 37 hoc (*sc. quod appetebat*) non -bat. 7, 5 (20), 5 ne instrumento parricidii -rem parricidium. VAL. MAX. 2, 7, 6 imbecillitatem ingenii mei. 6, 8, 5 odore unguenti occultam salutis custodiam -xit. 7, 4, 1 Mettius . . . suspectam . . . societatis suae fidem . . . -xit. 8, 14 ext. 5 mentis furorem. ORAT. imp. Claud. (Corp. XIII 1668) 2, 2 -ere te patribus conscriptis, quo tendat oratio tua (*nisi est reflexivum*). CVRT. 6, 7, 5. SCRIB. LARG. pr. p. 2 imprudentiam suam. SEN. Thy. 318 *nati* -ent forsan dolos. benef. 7, 23, 3 necessitates . . . meas. dial. 2, 19, 2 affectum (epist. 96, 2 QVINT. decl. 297 p. 175, 5). frg. 90 ira. PETRON. 125 fallaciam . . . proditione. PLIN. nat. 33, 100. STAT. Theb. 1, 504 veterisque exordia fati. QVINT. inst. 11, 1, 30 animi secreta *oratio* -it (APVL. met. 8, 8 pectoris sui secreta). FRONTIN. strat. 2, 4, 8 ne paucitatem militum . . . clamor -ret. TAC. dial. 25 iudicium animi sui. ann. 16, 10 initium -endae saevitiae. PLIN. epist. 6, 33, 7 artes (*i. artificia*). SVET. Galba 3 vitium corporis. Iul. 58 quis esset, *non* -xit. Otho 11 plagam. Tib. 50 odium. GELL. 15, 2, 5 ea omnia. APVL. met. 3, 15 domus huius operta -ere. PAPIN. dig. 50, 5, 8, 4 fictam asseverationem. CALL. dig. 1, 19, 1 *iudicis* animi motum vultus -it. LAMPR. Comm. 4, 3 qui ingressus ad Commodum . . . -xit facinus fatuus. FIRM. err. 4, 2 viros . . . impudici corporis labem gloriosa ostentatione -ere. 6, 8 fugam et trepidationem. HIL. op. hist. frg. 2, 4 *ut* per . . . fugam falsitatem suam -rent ac nudarent. b *i. q. se ipsum aperire*: LIV. 44, 4 plerumque ipsam se fraudem . . . -ere. STAT. Theb. 5, 266 tunc primum sese trepidis sub nocte Thyoneus -xit. QVINT. inst. 1, 3, 12 mores . . . se inter ludendum . . . -unt. ARNOB. nat. 1, 46 unus fuit e nobis qui deposito corpore innumeris se hominum prompta in luce -xit. PASS. Petr. Paul. long. 32 ne se ipsum -ret. *cf. l. 60.*

2 *de altero patefacere, ostendere*: a *aliquid* (*seq. interrog. indir. p. 794, 28, acc. c. inf. p. 794, 31. 60. 67. 69, nom. c. inf. p. 794, 57. 58. 64*): LIV. 22, 4, 4 ab tergo . . . haud -ctae (*coni. Stroth,* deceptae *P*) insidiae (40, 12, 12 PAVL. dig. 40, 2, 15, 1 AQVILA dig. 26, 10, 12. EVTR. 10, 3, 2 -ctis . . . insidiis per . . . filiam). 22, 28, 8 necubi . . . fulgor armorum fraudem . . . -ret (22, 43, 1. 36, 12, 7 LABEO Vlp. dig. 9, 2, 23, 4 PLIN. nat. 7, 56 QVINT. decl. 341 p. 347, 17. 355 p. 387, 12 SVET. Otho 1. APVL. met. 9, 26 -ctis ac revelatis fraudibus). 24, 32, 1 -ctam in Leontinis esse avaritiam et crudelitatem Romanorum. 40, 56, 1 omnia -cta esse. OV. met. 2, 546 utque latentem -ret culpam (PAPIN. dig. 44, 6, 12). 2, 755 hanc arcana -isse. VELL. 2, 99, 2 causae. VAL. MAX. 2, 7, 6 vestram virtutem. 8, 10, 3 oratoris vitium (SEN. epist. 83, 19. SOL. 19, 13 aperit ac -it). CELS. 3, 24 color . . . morbum -it. ACT. ARV. a. 39 d 7 ob -cta nefaria con⟨silia⟩ (SVET. Iul. 17 consilia coniuratorum. IVST. 2, 10, 17 belli . . . consilia). CVRT. 6, 9, 4 coniuratio . . . -enda (SVET. frg. p. 51 Aug. 19 Claud. 9 Iul. 14. 75 Nero 36. 56 POMPON. dig. 1, 2, 2, 24 PAPIN. dig. 48, 4, 8 PAVL. dig. 35, 2, 39). CVRT. 6, 10, 7 -cto facinore (TAC. ann. 3, 12 SOL. 1, 117. 4, 7 [degitur *M*] FIRM. err. 6, 4). 7, 1, 13 scelus (ACT. Arv. a. 87 II 62). 7, 7, 23 superstitio. SEN. Thy. 331 multa . . . trepidus solet -ere vultus. LVCAN. 5, 322 -it imbelles animas nil fortiter ausa seditio. PLIN. nat. 2, 49 haec ratio . . . trium maximarum rerum naturae partium magnitudinem -it. 2, 170 -endae mortalium vanitati (27, 27 ad -endas magicas vanitates. 30, 1. 37, 31 vanitatis Graecorum. AVG. civ. 6, 12 gentilium deorum. PHYSIOGN. 21). 2, 180 circuitu globi alia aliis -ente et occultante. 7, 32 ad -endam *naturae* potentiam. 17, 233 quod cum evenit -itur statim in germinatione. 18, 27 salubritas loci non semper incolarum colore -itur. STAT. Ach. 1, 592 tandem -cti timidae Nereidos astus. QVINT. inst. 1, 6, 6 deminutio (*sc. in arte grammatica*) genus modo -it. 12, 1, 35 virtus quid sit adversa ei malitia -it. 12, 9, 17 *actio non* commissuris modo . . . hiantibus, sed ipsa coloris inaequalitate -itur. decl. 318 p. 251 -am vobis propositum amici. FRONTIN. aq. 74 illud . . . -itur, decem milia . . . intercidisse. 112 ambitio procuratoris. TAC. dial. 25 ex quibus *rebus* mutua malignitas -itur. hist. 1, 52 Verginii cunctationem. 4, 62 -xit ignominiam campus et dies. SVET. Cal. 56 conspiratione -cta (CALL. dig. 48, 3, 13). Tib. 62 errore -cto (ZACCH. 2 praef.). GAIVS dig. 4, 16, 2 pr. collusionem (40, 16, 1. 40, 16, 2, 4 PAPIN. dig. 40, 10, 1, 1 VLP. dig. 2, 4, 8, 2. 40, 16, 4 HERMOG. dig. 40, 16, 5, 1). APVL. apol. 83 mendacium (HIL. op. hist. frg. 2, 2 quibus *litteris* eorum mendacia -cta sunt). met. 5, 23 -ctae fidei. 9, 15 flagitia (10, 5. 28). MARCELL. dig. 29, 5, 16 necem *alicuius* (TRYPH. dig. 28, 5, 91 (90). 37, 14, 23 pr. VLP. dig. 38, 16, 3, 4 PAVL. dig. 38, 2, 4 pr. MARCIAN. dig. 40, 8, 5). PAPIN. dig. 44, 3, 10 pr. prioris *delatoris* praevaricatio -etur. CALL. dig. 49, 14, 3, 3 tacita autem fideicommissa sic -untur. VLP. dig. 2, 1, 15 qui *error* imperitiam -it. PAVL. dig. 12, 6, 65, 1 evidens calumnia -itur. sent. 2, 30 dolo tutoris . . . -cto (MARCELL. chron. II p. 69, 408, 1). MARCIAN. dig. 48, 16, 1 pr. accusatorum temeritas tribus modis -itur. MACER dig. 49, 13, 1 pr. iniquitatem sententiae. ITALA Ios. 2, 20 (Lugd.) si quis . . . -xerit haec verba nostra (ἀποκαλύψῃ, VVLG. proferre in medium). SOL. 1, 49 -ctum filiae adulterium. LACT. inst. 1, 23, 9 falsa. 2, 3, 25. VOPISC. quatt. tyr. 7, 6 Aegyptiorum vita. LAMPR. Alex. 49, 4 -cta factione. CAPITOL. Ver. 6, 8 multa in eius vita ignava . . . belli tempore -untur. FIRM. err. 6, 9 Bacchanaliorum scelera ⟨Ae⟩butio quodam . . . deferente -cta sunt. 8, 5 publicatis omnibus atque -ctis quae profana consecravit improbitas. 13, 1. 17, 4 haec omnia veritas -xit et ratio . . . invenit, ut investigatis omnibus atque -ctis, quae . . . error absconderat, veritas . . . luceret. RHET. min. p. 60 HERMOG. dig. 5, 1, 53. HIL. in Matth. 10, 16 *opp.* occulere. trin. 5, 6 si falsa ea esse . . . -antur. 7, 22 cum fides cognitioni esse adversa -itur. 11, 9. SCHOL. Cic. Bob. p. 9 conscientia -cti criminis. p. 26. 42. PHYSIOGN. 37 *palpebrae* -unt intra cogitationem . . . inesse iniquam. AVSON. 350, 4. RVFIN. hist. 4, 7, 6 per quem *librum* versutia et calliditas viri ad decipiendum nimis apte -itur (ἀποκαλύπτων). AVG. civ. 6, 2 *deorum* talia et genera et sacra. *al.* FRG. rescr. princ. Mommsen, Schr. II p. 345 (*saec. V*) quas *cessiones* timor extorsisse -itur. MACR. sat. 3, 10, 1 quin in medium -at inscientiae Vergilianae vulnera. ZACCH. 2, 17 -xit, quidquid traditio . . . obduxerat. MART. CAP. 3, 324 ut contra rationem . . . usum quaedam (β, quendam *vulgo*) usurpasse -amus. BOETH. top. 4 p. 1209^{B} nisi *sermonis vis* diffinitione -cta sit. COD. Iust. 4, 19, 16 ut *illi* intentionem vestram non constitisse -ant. ARATOR act. 1, 882 sextae . . . circulus horae -it aetatem qua Christus venit in orbem. CARM. epigr. 1107, 4 -xit sensus ultima flamma (*i. rogus*) meos. b *alterum ipsum cognoscere, deprehendere, convincere, i. q. prodere v. l. 75. 76. 77. p. 795, 6* (*persaepe accedit* in *c. abl. vel accus. praedicat. vel infin.*): OV. ars 3, 161 nos male -imur. CVRT. 7, 1, 32 Philotas -ctus est. SEN. Tro. 626 matrem timor -xit. PS. FRONTIN. strat. 4, 4, 2 *Pyrrho* medicum -xit. TAC. hist. 1, 81 *trepidi* modo constantiam simulare, modo formidine -i. SVET. Aug. 15 occulti adversarii. Tib. 19 cui . . . trepidatione -cto. APVL. met. 9, 41 obstinate denegantem scrutinio -ere. ITALA Mich. 4, 3 (Cypr. testim. 1, 10) iudicabit inter plurimos populos et revincet et -et validas nationes (ἐξελέγξει, VVLG. corripiet). IREN. 2, 9, 2 -untur illi . . . blasphemantes. VLP. dig. 48, 5, 2, 6 Claudius . . . -ctus est uxorem in adulterio deprehensam retinuisse. CYPR. epist. 4, 1 quae *virgines* -ctae sint . . . mansisse. ARNOB. nat. 2, 14 in *ignem* illas *animas* iacient

quidam crudeliter saevi et ante Christum incogniti et ab solo sciente -cti. COD. Theod. 11, 36, 1 (*a. 314/5?*) cum homicidam quaestio . . . argumentis -xerit. LAMPR. Alex. 18, 2. 28, 4 *furtorum reus* in furto -ctus est. FIRM. err. 12, 8 Venus in adulterio deprehensa -itur. CHALC. comm. 190 *illi* falli -untur. HERMOG. dig. 5, 1, 53 falsae monetae criminis reos dominos -ere servis permissum est. 48, 15, 7 in hoc crimine -cti pro delicti modo coercentur. COD. Theod. 9, 16, 7 (*a. 364*) -ctum enim et convictum ... mactari ... censemus. 10, 24, 3 pr. (*a. 381*) quicumque harum machinatores praedarum -i prodique potuerint. PS. AMBR. laps. virg. 8, 37 ubi celat mala sua, invitus homo -itur ac nolens publicatur. HIER. chron. a. Abr. 1750 virgo Vestalis in stupro -cta (AVG. civ. 3, 5). PELAG. in I Cor. 5 p. 731^{A} cum *quis* fornicator -atur aut fur. in I Tim. 5 p. 885^{A} -cti homines excommunicantur. OPTAT. 2, 9 p. 45, 14 socios . . . in peccato. CLAVD. 15, 248 -cto . . . hoste. AVG. civ. 19, 6 illud commisisse *is* -itur. PS. AVG. quaest. test. I 114, 3 *ei*, qui auctores . . . confictae religionis -untur. PS. AVR. VICT. epit. 12, 6 Crassum . . . -ctum confessumque . . . removit. CLAVD. DON. Aen. 10, 32 *illi* aliquid ausi -antur. PHYSIOGN. 11 et praecaventem attentus artifex -at (*sc. in arte physiognomica*). *ibid.* alium . . . libidinibus subiugatum. 14 capilli . . . rari frigidum . . . hominem -unt. *saepius.* EPIST. pontif. 334 Migne 20, 663^{B} multa . . . Proculus usurpasse -ctus est. PROSP. carm. de ingrat. 259 quae . . . ipse suis rursum excoluisse libris -itur. PS. MATTH. euang. 12, 3 me. PRAEDEST. 1, 14 p. 591^{C} hunc sanctus Clemens . . . confutans et . . . -ens . . . punivit. 1, 21 p. 594^{A} *Marcionitae* devicti atque -cti. 1, 31 p. 597^{C} *saepius.* LEO M. epist. 14, 4. epist. 29 errare *ille* -ctus sit (πεπλανῆσθαι ἀποδέδεικται). AVELL. p. 7, 26. 12, 18 -xit et convicit haereticos (FACVND. c. Moc. p. 855^{A} qui . . . -ctus et convictus est). p. 15, 2. 388, 1 ARNOB. in psalm. 55 p. 403^{A}. ALC. AVIT. c. Eutych. 1 p. 16, 15 *ille* discussus, -ctus et damnatus est. COD. Iust. 1, 3, 30 (31), 5. 1, 5, 2, 1 CONC. Aurel. a. 538 p. 76, 8 MARCELL. chron. II p. 64, 395, 5. 85, 453, 3 ANON. Vales. 11, 55 LEX Visig. 3, 4, 2 *et saepius.* PASS. Petr. Paul. long. 12 ut . . . -rent eum (δειγματίσωσιν αὐτόν) 51. *nota c. genet. fere i. q. arguere*: HEGES. 1, 40, 6 ancilla dispositionis initae, ut ad Parthos confugeret, familiarium confessionibus -batur.

part. perf. pass. pro adi. **dētēctus,** -a, -um. *i. q. apertus*: SEN. dial. 6, 26, 4 -as mentes et aperta praecordia (TAC. Germ. 22 -a et nuda omnium mens). HYG. mun. castr. 55 ut intrantes semper -i sint. SOL. 30, 32 *lapis* nec densiore fuco . . . obtunsior nec propensa perspicuitate -ior (detentior, deiectior *codd. al.*).

II *i. q.* ***diligenter tegere*****:** THEOD. PRISC. log. 107 harena calida . . . haec loca *corporis* -ere (*sic codices*, tegere *exc.*).

syn.: ad IA: nudare, revelare. *ad IB*: aperire, declarare, demonstrare, deprehendere, eruere, evincere, fateri, invenire, investigare, ostendere, probare, prodere, publicare. *ad II*: tegere. *opp.: ad I*: abscondere, occultare, operire, velare. incognitus, secretus.

deriv.: detectio, detector. detexare.

dētemporo, -āre [*a* de *et* tempus. *Th.*]. *i. q. de temporibus sanguinem detrahere*: PELAGON. 6' -andus *est equus.*

dētendo, -tēnsum, -ere *a* de *et* tendere. GLOSS. ἐκτείνω. *i. q. retendere, relaxare, solvere*: CAES. civ. 3, 85, 3 signo iam profectionis dato tabernaculisque -nsis (LIV. 41, 3, 1 nautici tabernacula -unt).

dēteneo *v.* detineo.

dētentātio, -ōnis *f. a* detentare. *i. q. detentio, possessio*: VLP. dig. 4, 6, 15, 3 si incohata est bonae fidei possessoris -o ante absentiam, finita autem reverso. 25, 1, 5 pr. manebit maritus in rerum -em, donec ei satis fiat. NOVELL. Iust. 22, 24 nisi tricenale transeat tempus et -o (κατοχή) dominos accipientes constituat. IVLIAN. epit. novell. 7, 5 sin autem pignus creditor ad corporalem -em acceperit.

dētentātor, -ōris *m. a* detentare. GLOSS. διακάτοχος. detemptator possessor. [*ἐπιδεδειγμένος, ὀνομασθεὶς pertinet ad* designatus. *dub.* ενδεστερος.] **1** *is qui detinet, possidet*: COD. Theod. 10, 20, 14 (*a. 424*) alienigenae -es. 11, 20, 6, 3 (*a. 430*) exactionem fieri ... ab his qui emerunt vel eorum heredibus . . . vel -bus. FRG. rescr. princ. Mommsen, Schriften II p. 344 (*saec. V*) 1, 1 ab iniquis . . . -bus (1, 17. 24 NOVELL. Iust. 37, 4. *cf.* 36 pr. ab iniustis -bus. 36, 2 GREG. M. epist. 9, 164). NOVELL. Mart. 3, 2 dominio . . . apud eos successoresque eorum et -es (detentores *pars codd.*) ... manente. COD. Iust. 5, 12, 29 pr. mulier . . . contra -es rerum ad maritum suum pertinentium actionem . . . moveat. 6, 43, 3, 3b. 7, 72, 10 pr. possint cum prioribus rerum -bus communionem habere. 11, 60 (59), 2. NOVELL. Iust. app. 7, 2 res ablatas ab huiusmodi -bus antiquis dominis reformari. GREG. M. epist. 8, 3 ut ea mancipia -r redderet. EPIST. pontif. Löwenfeld Pelag. 23 (*a. 558—560*) ecclesiasticarum rerum. **2** *qui in vincula coniciunt*: IVNIL. 2, 24 praesentia -um Christi.

dētentio, -ōnis *f. a* detinere. GLOSS. distentio, occupatio, κατοχὴ ἡ διὰ χειρός. **1** *i. q. possessio*: ITALA lev. 25, 24 (Lugd.) per omnem terram -is vestrae praemia dabitis terrae (κατασχέσεως, VVLG. possessionis). SYMM. epist. 4, 68 (69), 1 improbissimus inquilinus locorum -e pellatur. COD. Iust. 7, 31, 1, 3 ut in omnibus iusto titulo possessionis antecessoris iusta -o quam in re habuit non interrumpatur. 7, 39, 8, 1 ut novus possessor . . . commodum -is sibi acquirat. [*dub.*: VLP. dig. 43, 25, 1, 5 ei quoque, qui pignori fundum acceperit, scribit Iulianus non esse iniquum -em (petitionem *Mommsen*, defensionem *Bunkershoek*, intentionem *al.*) servitutis dari. *cf.* IVLIAN. dig. 8, 1, 16 ei qui pignori fundum accepit non est iniquum utilem petitionem servitutis dari, sicut ipsius fundi utilis petitio dabitur.] **2** *i. q. retentio*: COD. Iust. 1, 17, 2, 7d de bonorum -bus et de venditionibus. 4, 1, 13, 1 quartae (*Falcidiae*) -em. ORIG. in Matth. 18, 56 secundum moralem ignis (*i. luxuriae*) -em *mundi corruptio fiet.* **3** *i. q. habitatio*: VVLG. Sirach 24, 16 in plenitudine sanctorum -o mea.

2 *speciatim*: **a** *t. t. medicinae i. q. humoris, suci sim. extractio, purgatio, sanguinis missio*: CIC. Tim. 18 nec . . . *mundus* desiderabat aut alimenta corporis aut -em confecti et consumpti cibi. VITR. 1, 6, 3 tussis, . . . sanguinis eiectio et cetera quae non -bus, sed adiectionibus curantur (*cf.* SEN. contr. 9, 2, 26). CELS. 2, 7 per sanguinis -em (CHIRON 6 quotiens . . . -o sanguinis detracta non fuerit. CAEL. AVR. acut. 3, 4, 25 sanguinis per venas -o. PALLAD. hist. mon. I 2 p. 256^B -e sanguinis ut dici in proverbiis solet). PLIN. nat. 16, 244 sucus ad -es . . . utilissimus habetur (22, 133). PS. SORAN. quaest. med. 11. CAEL. AVR. chron. 3, 8, 130 -e . . . facta liquorum. 3, 8, 135 perfecta humoris -e. *aliter de cibi datione*: CAEL. AVR. chron. 3, 7, 92 iuxta cycli regulam eorum (*ciborum*) augmenta ac -es variare. **b** *t. t. architecturae i. q. deminutio*: VITR. 6, 2, 1 ⟨-bus aut⟩ (*om. codd., add. edd.*) adiectionibus temperaturas efficere, cum de symmetria sit detractum aut adiectum. 6, 2, 4 quin ad locorum naturas aut necessitates -es aut adiectiones fieri debeant. 6, 3, 11 ut . . . de symmetria -es aut adiectiones fiant. 10, 10, 6 haec his proportionibus aut adiectionibus aut -bus comparantur. **c** *t. t. artis arithmeticae i. q. deductio, subtractio*: GAIVS dig. 6, 1, 76, 1 propter incertam -em ex legatis, quae vix apud iudicem examinatur. PAPIN. dig. 35, 2, 15, 2 quod . . . *legata* sine ulla -e fuissent legatario soluta. TRYPH. dig. 24, 3, 53 alterius debiti non fiet -o in computatione. VLP. dig. 37, 7, 1, 5 FAV. EVL. p. 12, 24. AVG. civ. 12, 13 quandoque ad initium illa -o perducetur. *ibid. summa annorum* quae . . . momentorum minutatim -e consumitur. BOETH. arithm. 1, 18 p. 38 in uno terminus -is haerebit. 2, 23 p. 108. mus. 1, 3 *opp.* additio. *huc pertinet*: CIC. Att. 12, 34, 3 cuius loci -em fieri velit *Silius*. **d** *t. t. artis grammaticae et rhetoricae: demptio litterae, syllabae, accentus, aspirationis sim.; suppressio litterae* (*i. q.* συγκοπή) *sive verbi* (*i. q.* ἔλλειψις): GLOSS. Plac. V 99, 7 syncope. QVINT. inst. 1, 5, 6 illud prius (*sc. barbarismos, qui scribendo fiunt*) adiectione, -e, immutatione, transmutatione . . . contineri. 1, 5, 38 ut fiat (*soloecismus*) adiectione, ut 'nam enim' . . ., -e, 'ambulo viam'. 1, 5, 40 haec tria genera quidam diducunt a soloecismo et adiectionis vitium πλεονασμόν, -is ἔλλειψιν, inversionis ἀναστροφήν vocant. 7, 9, 10. 9, 2, 37 cum προσωποποιία accedit illa, quae est orationis per -em: detractum est enim, quis diceret. 9, 3, 18 -es, quae in complexu sermonis aut vitium habent aut figuram *eqs.* 9, 3, 27 haec schemata aut his similia quae erunt per mutationem, adiectionem, -em, ordinem. 9, 3, 58. 62. 9, 4, 147 ratio (*compositionis*) in adiectione, -e, mutatione. SCAVR. gramm. VII 11, 1 scribendi . . . ratio quattuor modis vitiatur per adiectionem, -em, immutationem, adnexionem . . . per -em, ut cum haedus sine aspiratione scribitur. AQVILA rhet. 46 p. 37 ἔλλειψις id est -o (*cf.* MART. CAP. 5, 537). COMINIAN. Char. gramm. I 265, 11 barbarismus fit modis quattuor: adiectione, -e, transmutatione, immutatione . . . -e temporis . . . litterae . . . syllabae (CONSENT. gramm. V 386, 15). CHAR. gramm. I 278, 15 *aphaeresis* est . . . generalis metaplasmus qui fit per -em . . . ut 'temnere' . . . pro 'contemnere'. DIOM. gramm. I 452, 14 -is species sunt aeque quattuor, -e temporis, litterae, syllabae, adspirationis *eqs. ibid.* per aphaeresin, id est -em, ut 'linque' pro 'relinque'. SERV. gramm. IV 447, 36 nullus est metaplasmus, qui non habeat contrarium: πρόσθεσις, ἐπένθεσις, παραγωγή, qui fiunt per additionem; contrarii sunt illis, qui fiunt per -em, id est ἀφαίρεσις, συγκοπή, ἀποκοπή. MACR. exc. gramm. V 614, 7 -o finalis litterae. MART. CAP. 5, 563 hypophorae tribus modis imminuuntur: adiectione verborum, immutatione, -e (FORTVN. rhet. 2, 27 p. 118). CONSENT. gramm. V 392, 12 -o accentus ut siquis oratorem dicens priorem syllabam circumflexo accentu pronuntiet. ISID. orig. 1, 32, 6 hoc vitium (*sc. motacismi*) aut suspensione m litterae aut -e vitamus. SCHOL. Hor. sat. 1, 2, 113 soldo . . . pro solido et est figura -o. *et sic saepius. de editoribus i. q. actio delendi* (*cf. p. 829, 70*): CASSIOD. hist. 1, 1 tuae . . . integritatis adiectiones et -es adhibens tuis laboribus eam (*scripturam*) purga. **e** *t. t. doctrinae metricae a Varrone Caesioque Basso excultae i. q. demptio*: BASS. gramm. VI 271, 5 cum omnia metra varientur aut adiectione aut -e aut concinnatione aut permutatione . . . -e tamquam 'trahuntque siccas machinae carinas'. detracta enim syllaba trimetron fecit minorem (*cf.* FORTVN. gramm. VI 294, 11 MAR. VICTORIN. gramm. VI 52, 19. 63, 13). MAR. VICTORIN. gramm. VI 141, 13 Archilochum ferunt . . . acceptum . . . dactylicum . . . per adiectiones -esque vertisse. e quo primum iambicum [metrum] per -em unius temporis formavit.

dētrāctīvē *adv. a* detractus, detrahere. *i. q. ratione detrahendi* (*v.* detrahere *sub I B 2 d*): SCHOL. Pers. 2, 63 ex hac scelerata . . . pulpa: haec . . . pulpa id est hoc corpus nostrum omnium vitiorum causa est; quod -e sceleratum appellavit.

dētracto *v.* detrecto.

***dētrāctor,** -ōris *m. a* detrahere. HIER. epist. 52, 14, 2 *confunditur in nonnullis codd. cum* detractator. GLOSS. ridiculosus -r. obtrectatores -es. *legitur inde a* TAC. (*v. infra l. 67*).

is qui detrahit, maledicit: *absolute*: ITALA I Cor. 5, 11 (Hesych. in lev. 14, 1—9 p. 953^B) aut avarus aut -r (λοίδορος, VVLG. maledicus). II Tim. 3, 3 (cod. d) -es (διάβολοι, VVLG. criminatores). POLYCARP. ad Philipp. 5, 2 non criminatores neque -es (δίλογοι) neque avari. HIER. in eccles. 10 p. 474 serpens et -r aequales sunt. epist. 108, 15 ne apud -es et genuino me semper dente rodentes fingere puter. tract. in psalm. I p. 223, 6 si -r sum, si invidiosus. VVLG. prov. 24, 9 abominatio hominum -r. 24, 21 cum -bus (detractatoribus *Amiat.*) non commiscearis (LXX *al. cf.* HIER. epist. 52, 14). Ezech. 22, 9 viri -es fuerunt in te ad effundendum sanguinem. Rom. 1, 30 -es (καταλάλους). RVFIN. Orig. in exod. 3, 2 vereor, ne et susurronum et -um os diabolus aperiat. AVG. in psalm. 61, 14 inter murrones, -es deo odibiles. civ. 5, 19 osores vel -es. HESYCH. in lev. 21, 16—23 p. 1064^A iugem scabiem -r habet. *ibid.* -r facile provocatur. FERRAND. epist. 7, 18 non immerito revocatur superbus -r ab elatione iudicandi. VEN. FORT. vita Leob. 3, 8 inter malos bonus multos invenies -es. SCHOL. Hor. sat. 1, 7, 8 erat adeo odiosus, ut de nobilissimis -bus triumphum ageret. ISID. reg. monach. 17, 2 si -r, si susurro vel invidus. [MART.] 7, 10 lemma: de Olo -e. *accedit genet. personae vel pronomen possessivum*: TAC. ann. 11, 11 *Nero* haudquaquam sui -r. HIER. adv. Rufin. 1, 30 hominem maledicum, omnium -em. AVG. in psalm. 49, 27 quosdam -es suos ista dixisse. 108, 5 -bus nostris. epist. 82, 30. HERM. Pal. sim. 9, 19, 3 -es domini. CASSIOD. in psalm. 49, 20 fratris sui. GREG. TVR. Franc. 5, 5 fratrum. *accedit genet. rei*: AVG. adult. coniug. 2, 16, 17 christianae fidei -es.

1. dētrāctus, -a, -um *v.* detraho.

2. dētrāctus, *abl.* -ū *m. a* detrahere. *i. q. detractio* (*v. sub 2 d*): SEN. suas. 7, 11 -u (detractat *B*, detracta *V*) aut adiectione syllabae.

***dētraho,** -xī, -ctum, -ere *a* de *et* trahere. *inf. perf.* detraxe: PLAVT. Trin. 743. detractum foret: LIV. 27, 44, 2. detracturus ero: SEN. benef. 4, 40, 5. NON. p. 287 -ere dicitur derogare . . . tollere . . . extrahere. ARVS. gramm. VII 466, 12 volunt quidam distantiam esse, ut 'lacerare famam' 'de illo -ere' sit, sed falso. RVFIN. Basil. reg. 42 quicunque dicit aliquid adversus alium, ut vel deroget ei vel obtrectet, istud est -ere. HIER. epist. 106, 30 'sedens adversum fratrem

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tuum loquebaris'. pro quo in Graeco reperisse vos dicitis κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ σου κατελάλεις (*psalm. 49, 20*) et putatis non bene versum, . . . et debuisse nos dicere, 'adversum fratrem tuum -bas'; quod vitiosum esse et in nostra lingua non stare etiam stultis patet. nec ignoramus quod καταλαλιά dicitur detractio; quam si voluerimus ponere, non possumus dicere 'adversus fratrem tuum -bas' sed 'de fratre tuo -bas' (*cf.* epist. 50, 1 garriunt adversus fratrem). AVG. loc. hept. 4, 71 p. 593, 13 'et -bat populus ad deum et adversus Moysen' (*ex* ITALA num. 21, 5; LXX κατελάλει ὁ λαὸς πρὸς τὸν ϑεὸν καὶ κατὰ Μωυσῆ λέγοντες, VVLG. locutus . . . contra deum et Moysen). non dixit: 'de deo', sed 'ad deum'. quamvis hanc locutionem quidam transferre nolentes '-bant de deo' transtulerunt. GLOSS. ἀφαιροῦμαι. ὑφαιροῦμαι. ἀφέλκω. διαβάλλω ἐπὶ διαβολῆς. κατασπῶ. κατασύρω. -it διασύρει. ἀφέλκεται. derogat, abdicat deducit. abdicat vel male exaestimat. -ere ἀφελκύσαι. -i ἀφέλκεσϑαι. -ctis ἀφῃρημένων. *legitur inde ab* ENNIO *et* PLAVTO *per totam latinitatem, saepe apud* CIC. SEN. rhet. SEN. phil. COLVM. PLIN. nat. QVINT., *deest* CATVLLO HOR. carm. PERS. IVV. *al.* [*loci dubii vel corrupti*: VAL. MAX. 3, 2, 19 SEN. contr. 1, 8, 13 PLIN. nat. 9, 91. 143. 35, 4 COMM. instr. 2, 35, 19 CORP. VI 36629. *videtur confundi cum* distrahere: HIL. in Matth. 12, 13 potestas omnis divisione -itur (*ibid.* dissolvere. *ad* VVLG. 12, 25, *ubi* desolabitur, ἐρημοῦται). COD. Iust. 1, 17, 2, 13 impossibile erat eam (*legem*) per partes -i; et in his partibus . . . hoc dividere ac separare erat incivile.]

I *i. q.* ***trahendo avertere***: **A** *aliquem vel aliquid abstrahere*: **1** *proprie de loco*: **a** *aliquem*: CIC. har. resp. 28 qui . . . sacerdotem ab ipsis aris pulvinaribusque -xeris. CAES. civ. 3, 27, 2 ex magno remigum propugnatorumque numero pars ad scopulos allisa interficeretur, pars ab nostris -retur (*sive a scopulis sive a naufragiis*). PLIN. nat. 8, 132 invicem -i ad specum (*sc. Ponticos mures*). 11, 234 -cto . . . alumno (*i. porculo a mamma*). VVLG. Ier. 50, 45 nisi -xerint eos parvuli gregum. COD. Iust. 7, 71, 1 ne iudicati -antur in carcerem. *in imagine*: TERT. spect. 30 hic est, quem . . . hortulanus -xit. **b** *aliquid*: CIC. Verr. 2, 54 ex ipsa Diana quod habebat auri -ctum atque ablatum esse dico. 2, 157 qui ex calamitate senatoris . . . manubias -ere conatus sit. PLIN. nat. 31, 78 -ctis harenis (*alio sensu cf. p. 833, 65*). 31, 82. VLP. dig. 43, 24, 11, 1 ipsi (*i. municipes*) eam (*i. statuam*) -unt (PAVL. dig. 42, 5, 29 MOD. dig. 48, 19, 24 LAMPR. Comm. 18, 12). VLP. dig. 33, 7, 12, 25 specularia et pegmata . . . sive in aedificio sunt posita sive ad tempus -cta. IVST. 38, 8, 12 populus statuas eius et imagines -it. HEGES. 1, 21, 2 in templo aurum abstulit et duo milia talenta -i iussit. CHROMAT. beat. 2 non extinguitur ignis, nisi materiam incendii spinarumque sarmenta -xeris. CASSIOD. Ios. c. Ap. 2, 114 aureum -isse asini caput. **2** *translate de voluntate, sententia sim.*: CIC. Mil. 38 P. Clodius cum in iudicium -i non possit. Cluent. 179 ut hunc Oppianicum ad hanc accusationem -ret. LIV. 22, 13, 1 ad aequum certamen *ducem*. 28, 33, 9 quod in eum locum -cta hostium acies esset. OV. rem. 545 qui timet, ut sua sit, nequis sibi -at (subtrahat *multi codd.*) illam. SEN. epist. 71, 29 si ista animum (*sc. superbum*) -unt (*sc. ad modestiam*). STAT. Ach. 1, 284 indocilem quae mens -xit Achillem? PS. QVINT. decl. 8, 14 quos -it, quos avocat alia curatio. VVLG. prov. 21, 12 excogitat iustus de domo impii, ut -at impios a malo. AMM. 26, 7, 13 a deformi proposito. ALC. AVIT. epist. 67 p. 87, 4 amicum attrahere magis studiis quam -ere (*S*, detrectare *vulg.*) . . . decet.

B *partem ex toto abripere*: **1** *proprie et in imagine*: **a** *generatim vel homini anulum, vestimenta sim. (imprimis victo spolia) vel pecori pellem, i. q. exuere, nudare*: **α** *obi. solum*: TER. Haut. 124 soccos -unt (SVET. Vit. 2 -ctumque socculum dextrum). LAEL. or. frg. Fest. p. 193 oreas -o (*sc. equo*). GRACCH. or. frg. Gell. 10, 3, 3 vestimenta. QVADRIG. hist. 10b torquem (CIC. off. 3, 112). CIC. Brut. 262 omni ornatu orationis tamquam veste -cta. S. Rosc. 146 cruenta spolia (Sest. 54 *et saepe*). Verr. 2, 113 eripies . . . pupillae togam praetextam, -es ornamenta non solum fortunae, sed etiam ingenuitatis. Sull. 8 istam ipsam personam vehementem et acrem, quam mihi tum tempus et respublica imposuit, iam voluntas et natura ipsa -xit (QVINT. decl. 286 p. 152, 24 impositam severitatem personae -i, *i. personam severi patris*). off. 3, 38 quem anulum ut -xit, ipse induit *Gyges* (FRONTO p. 221, 1 N. SVLP. APOLL. perioch. Ter. Hec. 3). epist. 6, 2, 2 armis aut condicione positis aut defatigatione abiectis aut victoria -ctis (HYG. fab. 106 p. 97). CAES. civ. 3, 96, 3 -ctis insignibus imperatoris (*cf.* VLP. dig. 3, 2, 2, 2 si eum exauctoraverit, id est insignia militaria -xerit). SALL. hist. frg. 3, 103 coria recens -cta. NEP. Paus. 4, 1 vincla epistulae laxavit signoque -cto *eqs.* HOR. sat. 2, 1, 64 pellem (PHAEDR. 4, 1, 7 *asini* -cta pelle. PLIN. nat. 29, 135 gliris -cta pelle. *et saepius. cf.* CELS. 5, 28 si summa -cta pellicula est). LIV. 9, 5, 13 paludamentaque -cta. 40, 40, 7 -ctis . . . frenis (VAL. MAX. 3, 2, 9 FRONTIN. strat. 2, 8, 10 *cf.* APVL. met. 1, 2 *et in imagine*: QVINT. inst. 9, 2, 3 -cta voce [et] libera effrenatiore. *v. etiam p. 824, 31*). OV. met. 2, 523 *Iuppiter* vultus . . . ferinos -at. CELS. 4, 17 cucumeris semina -ctis corticibus (COLVM. 4, 29, 14 *et saepissime* PLIN. nat.). CVRT. 8, 14, 40 qui -rent loricam vestemque (SVET. Cal. 26). SEN. Ag. 881 -ere cultus uxor hostiles iubet, induere potius . . . amictus. clem. 1, 19, 3 natura . . . telum . . . -xit (*sc. regi apium aculeum*). PLIN. nat. 8, 156 -cto oculorum operimento. 9, 126 -cta concha *purpuris*. 11, 139 si quis praetentam -at membranam. 29, 76 *salamandrae* -ctis interaneis et pedibus et capite (*cf.* 29, 141. VELL. 2, 85, 4 -cto capite [*in imagine pro duce Antonio*]). 30, 43 -cta cute (TERT. resurr. 7 AMM. 31, 2, 14). 32, 123 decidunt *hirudines* . . . pondere ipso sanguinis -ctae. VAL. FL. 3, 141 aspera victor cingula . . . -it. TAC. Germ. 17 -cta *feris* velamina. ann. 1, 43 cur . . . ferrum illud . . . -istis. IAVOL. dig. 19, 1, 18, 1 tegulae . . . quae -ctae sunt. FRONTO p. 68, 10 N. calceis -ctis, vestimentis positis. GELL. 1, 26, 5 tunicam. TERT. anim. 41 -cto corruptionis pristinae aulaeo. VLP. dig. 14, 3, 11, 4 si ipse institor . . . -xit *proscriptionem*. 39, 1, 1, 11 opus novum facere videtur qui aut aedificando aut -endo aliquid pristinam faciem operis mutat. *β acced. dativus*: ENN. scaen. 370 cum spolia generis -eritis (LIV. 4, 19, 5. 4, 20, 6. 30, 44, 9 victae Carthagini. SEN. Herc. f. 544 spolium nobile corpori et peltam et nivei vincula pectoris. *al.*). PLAVT. Asin. 92 nudo -ere vestimenta (SEN. epist. 80, 9 PALLAD. hist. mon. I 2 p. 259[d]). TER. Hec. 573 neque -ctum ei est quidquam. 829 illi anulum (CIC. Verr. 4, 187. 5, 58 *et saepissime*). Eun. 707 tuam vestem -xit (*opp.* induere) tibi (CVRT. 9, 4, 12 corpori. *et passim*). PACVV. trag. 215 repugnanti ego porro hunc vi -xi ungulum (ATELL. inc. 6 ei -xit ebrio). CIC. fin. 1, 23 torquem hosti (1, 35 Tusc. 4, 49 FLOR. epit. 1, 13, 20). nat. deor. 3, 83 aureum ei (*i. Iovi*) -xit amiculum grandi pondere (VAL. MAX. 1, 1 ext. 3 LACT. inst. 2, 4, 17). CAES. Gall. 2, 21, 5 ut . . . ad galeas induendas scutisque tegimenta -enda tempus defuerit (*cf.* LIV. 23, 19, 13 -ctasque scutis pelles. *sed* VAL. MAX. 7, 6, 2 e scutis). 25, 2 scuto . . . uni . . . militi -cto (VAL. MAX. 3, 2, 19). VERG. Aen. 5, 260 loricam, quam Demoleo -erat ipse victor. HOR. epod. 9, 9 vincla, quae -erat servis amicus perfidis (SEN. benef. 7, 15, 1). sat. 1, 10, 48 ego illi (*Lucilio*) -ere ausim haerentem capiti cum multa laude coronam (*cf.* LIV. 38, 47, 4 coronam . . . capiti -unt. SEN. dial. 6, 13, 1 PLIN. nat. 22, 12 *et saepe, v. p. 832, 6 sq.*). LIV. 4, 33, 7 frenos ut -ant equis, imperat (8, 30, 6. *v. p. 823, 77*). 45, 39, 5 illa tot milia armorum -cta corporibus hostium (SEN. Herc. f. 1153 arma quis vivo mihi . . . -ere potuit? Oed. 279 *et saepius*). OV. epist. 9, 71 duro redimicula collo. met. 6, 385 quid me (*i. cutem*) mihi -is? 7, 769 copula -itur canibus. 9, 771 *Telethusa* crinalem capiti vittam nataeque sibique -it (*sic codd. vulgo*, capitis *unus* ς). fast. 2, 373 *Remus* veribus stridentibus -it exta. NVX 165 ubi -cta est a te (*sc. a castore*) tibi causa pericli (*i. testiculi*). VAL. MAX. 3, 2, 21 corpori eius exuvias. CVRT. 3, 11, 21 *feminis* ornamenta. 9, 3, 4 galeam capiti (*v. supra l. 30.* 10, 8, 20 diadema capiti). MELA 3, 93 -cta occisis *feminis hirsutis* coria. SCRIB. LARG. 134 scillae bulbi cocti -cta exteriore parte. SEN. dial. 2, 2, 3 aut praeturam illi -xit aut togam. benef. 4, 12, 2 quas illi -ero sordes, sub accusatoribus isdem fortasse sumpturus (*cf. alio sensu p. 825, 65*). 4, 19, 1 deum inermem facis, omnia illi tela, omnem -isti potentiam. epist. 102, 25 -etur tibi *mortuo* haec circumiecta . . . cutis, -itur caro . . ., -entur ossa nervique (*cf.* MART. 6, 93, 4 -cta cani transtiberina cutis. AMM. 23, 6, 80 cutes vivis hominibus -unt. *et passim*). PETRON. 12 -xit . . . umeris *rustici* laciniam *tunicae*. 41 puer -xit pilleum apro capitique suo imposuit. 67 ut Fortunata armillas suas crassissimis -ret lacertis. PLIN. nat. 9, 42 pelles eorum (*i. vitulorum*) etiam -ctas corpori (HYG. astr. 2, 20 AMM. 31, 2, 22 *et passim*). 28, 48 liceum telae -ctum. 31, 53 -cta collibus silva. MART. 3, 43 personam capiti -et illa (*Proserpina*) tuo (*cf. p. 823, 65*). SIL. 16, 461 caeso pater hunc (*ensem*) -xit Hyempsae. TAC. ann. 15, 57 *fasciam* pectori. 16, 51 cervici monile. APVL. met. 7, 4 *aureos* variis viatoribus -ctos. PORPH. Hor. carm. 3, 6, 11 *praedam* nobis. SOL. 2, 36 nec habet *villus* potentiam, nisi viventi *lupo* -atur (PLIN. nat. 8, 83 dereptum). *γ accedit ablativus*: VAL. MAX. 6, 9 ext. 1 coronam capite -ctam. CVRT. 10, 5, 4 anulum digito (*an dat.?*). *δ accedunt praepositiones*: de: PLAVT. Truc. 652 homo cruminam sibi de collo -it. TER. Haut. 650 de digito anulum -o (CIC. Verr. 5, 58 HYG. astr. 2, 5 *et saepe*). TIB. 1, 5, 66 vincla . . . de niveo -et ipse pede. SEN. contr. 1, 1, 20 si quid de mensa mea -ere potui. PETRON. 67 de cervice sua capsellam -xit aureolam. HYG. astr. 2, 34 quod corium de bove foret -ctum. ex: BELL. Alex. 59, 1 nomen Pompei ex scutis (*cf. p. 796, 59*). VAL. MAX. 3, 5, 1 e manu eius anulum. 6, 3 ext. 3 mali cuiusdam iudicis e corpore pellem -ctam. (7, 6, 2 e scutis). GAIVS dig. 41, 1, 7, 2 quod si vis fluminis partem aliquam ex tuo praedio -erit et meo praedio attulerit. HIL. in Matth. 26, 6 diabolum ad -enda ex nobis spolia pervigilem. ab: PROP. 2, 33, 13 agrestem -xit ab ore figuram Iuppiter. VAL. MAX. 4, 8, 5 a tot captivorum capitibus servitutem -isse. PANEG. 9, 3 discissam ab umeris purpuram -ere conatus. DRAC. laud. dei 1, 612 -ctus ab ignibus ignis (1, 614 flammae -ctae. *cf.* 11, 611 de flammis tollere flammas).

b *speciatim*: **α** *i. q. secando abripere, recidere, decerpere* (*cf.* PAVL. FEST. p. 108 putare vites . . . hoc est -ere quae impedimento sunt ad fructum): CVLEX 192 validum dextra truncum -xit ab orno (ore *codd.*). TIB. 1, 5, 32 dulcia poma Delia selectis -at arboribus (COLVM. 12, 46, 7 PLIN. nat. 13, 59). OV. met. 11, 109 *Midas* ilice -xit virgam (COLVM. 4, 6, 2. 4, 30, 6). GRATT. 140 fetus (*i. ramos*) . . . nocentes -i. CELS. 7, 7, 8 quantulo (*sc. palpebrae*) -cto. SEN. contr. 10, 4, 7 etiamnunc aliquid illi -atur (*de membris debilitatis. cf.* 10, 4, 15). COLVM. 3, 17, 1 totum flagellum sicut erat matri -ctum. 4, 6, 1 ut

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

frequenti pampinatione supervacua -amus (*cf.* PLIN. nat. 17, 213). 4, 17, 3 viti -ere frondem supervacuam (*cf.* 4, 27, 5 decerpere). 4, 17, 4 -endi sunt singuli palmites (4, 27, 4). 4, 29, 5 *surculos* viti. 5, 5, 11 iuxta ipsam matrem usque ad corpus sarmentum -itur (*cf.* 4, 29, 14). 5, 5, 12 vitibus bracchia. 5, 5, 14 folia palmitibus (12, 7, 4 PLIN. nat. 19, 84. 102. 122. 21, 121 ungues [*i. foliorum partes candidae*] non -untur). 12, 44, 2 si ... *uva* viti -atur (*et passim*). PLIN. nat. 16, 107 *nuces* nisi -antur. 17, 254 si primae grossi ... -antur ... si cacumina rami cuiusque -antur. β *i. q. exculpere* (*cf. p. 821, 4*): CIC. Verr. 5, 52 quae probarant (*sc. opera caelata*), iis crustae aut emblemata -bantur. 5, 124 ex ebore diligentissime perfecta argumenta erant in valvis, ea -enda curavit omnia. div. 2, 48 cum multa *ex marmore* sunt -cta et ad liniamenta oris perventum est. PLIN. nat. 34, 63 -ctum est aurum *statuae*. SVET. Cal. 32 ob -ctam lectis argenteam laminam. γ *i. q. detondere*: COLVM. 7, 4, 7 tempestates, quibus ovis neque frigus, si lanam -xeris, neque aestum, si nondum detonderis, sentiat. FRONTO p. 17 N. (*p. 33 Hauler*) ovi lana statim -itur (*in margine* calvetur). APVL. apol. 56 lana ... pecori -cta. δ *apud medicos de cataplasmatis, vitiis, i. q. demere, adimere*: CELS. 4, 12 his (*quae imposita erant*) -ctis (4, 31 PLIN. nat. 20, 248). PLIN. nat. 20, 233 hippolapathi radix et privatim ungues scabros -it (*cf.* 20, 220). 28, 151 si sanguine -cto adiciatur pyrethrum (*alio sensu v. p. 833, 52 sq.*). 28, 182 medetur dentibus et fabrile glutinum ... illitum et mox paulo -ctum. 30, 125 vermiculi qui adalligati collo continent partum, -untur autem sub partu. 32, 130 cinis ... secundas -it. CAEL. AVR. chron. 3, 8, 115 -cto iamdudum posito medicamine. 5, 11, 140 quamquam *vomitus* corpori -ant carnem. ε *in re militari i. q. partem quandam exercitus eligere*: CAES. Gall. 3, 2, 3 -ctis cohortibus duabus. civ. 3, 89, 4 celeriter ex tertia acie singulas cohortes -xit atque ex his quartam instituit.

2 *translate*: a *i. q. demere, adimere sive bonum (i. q. privare) sive malum (i. q. liberare), derogare, abiudicare, tollere, summittere*: α *generatim*: αα *demunt homines*: *absolute*: PAVL. FEST. p. 69 derogare ergo -ere est. HOR. epist. 1, 16, 34 ut si detulerit fasces indigno, -et idem. QVINT. inst. 2, 13, 17 si qua mutari, adici, -i melius videbitur, dicere experiar. 9, 4, 58 et eligere quaedam ... et adicere dum non otiosa, et -ere, dum non necessaria, et figuris mutare casus atque numeros. 9, 10, 41 huius autem operis est adicere, -ere, mutare. TERT. nat. 1, 7 *fama* ut non falsa veris intexat adiciens, -ens. adv. Hermog. 22 timeat vae illud adicientibus aut -entibus destinatum. *aliquid*: CIC. Verr. 4, 200 his rebus -ctis. Arch. 28 qua (*i. mercede laudis et gloriae*) ... -cta. Cael. 3 -endae spoliandaeque dignitatis gratia. de orat. 1, 118 fingendus est nobis oratione nostra -ctis omnibus vitiis orator atque omni laude cumulatus. 3, 29 quidquid aut addideris aut mutaveris aut -xeris (*v. supra l. 35 sq. cf.* APVL. apol. 95 VLP. dig. 46, 5, 1, 10). fin. 1, 37 quae (*i. voluptas*) percipitur omni dolore -cto (2, 10 Tusc. 3, 47). 1, 43 et terroribus cupiditatibusque -ctis et omnium falsarum opinionum temeritate derepta. 1, 56 -cta voluptate (Tusc. 3, 41 *sq. et cf. p. 826, 53*). 2, 23 adhibentis ... illa, quibus -ctis clamat Epicurus se nescire quid sit bonum. 1, 70. Tusc. 3, 75 haec ... officia sunt consolantium: tollere aegritudinem funditus aut sedare aut -ere quam plurumum aut supprimere. 4, 65 hic ... error est eripiendus, haec -enda opinio (off. 2, 34 QVINT. inst. 4, 1, 19 *et v. p. 826, 19*). 5, 45 quo (*sc. honesto*) -cto quid poterit beatum intellegi? nat. deor. 1, 98 quibus -ctis deum tamen nosse te dicis, modo liniamenta maneant. div. 1, 118 parvis ... momentis multa natura aut affingit aut mutat aut -it (*cf.* de orat. 3, 29). epist. 9, 8, 2 sine his (*studiis*) cur vivere velimus? mihi vero cum his ipsis vix, his autem -ctis ne vix quidem. LVCR. 2, 925 attribui id quod -itur. 3, 119. 5, 981. RVT. LVP. 1, 21 ea (*i. uxor*) ... -et languorem. OV. trist. 5, 2, 21 -at ut multum *doloris*, multum restabit acerbi. SCRIB. LARG. 74 pipere -cto. 83 rigore -cto. SEN. contr. 1, 6, 10 invidiam (7, 6, 20). 10, 4, 12 illi spem, tu instrumenta vivendi (tu instrumenta vivendi *om. C*) -is. suas. 6, 8 -cta libertate (FRONTIN. strat. 2, 11, 3). SEN. benef. 2, 35, 3 -ctae sordes (*i. calamitas; alio sensu p. 824, 43*). 6, 25, 3 *al.* dial. 2, 5, 4 *fortuna* virtutem ... non dat, ideo nec -it. 6, 12, 2 oportet te non de eo quod -ctum est, queri, sed de eo gratias agere quod contigit. 9, 1, 17 -e ... quidquid hoc est mali et succurre ... laboranti. 9, 2, 9 -ctis oblectationibus. nat. 3, 8 quos (*i. amnes*) quid miraris, si terra -ctos non sentit, cum adiectos maria non sentiant? epist. 24, 18 onere -cto (*cf.* APVL. met. 7, 18 *et v. p. 826, 55*). 94, 6 fixam potius medullis famem -e. 116, 1 vitium (GELL. 2, 6, 11). 117, 16. LAVS Pis. 224 si famae mihi pandis iter, si -is umbram. PLIN. nat. 26, 17 in quibusdam morbis medendi cruciatūs -xit *Asclepiades*. QVINT. inst. 11, 1, 71 ut, cum aliquid -ere salva gratia velis, concedas alia omnia. decl. 247 p. 11, 8 plerisque -ctis. TAC. ann. 12, 22 perniciosa in rem publicam consilia et materiem sceleri -enda. 14, 43 avitum mancipium -batur. SVET. Claud. 24 -cta ... Ostiensi et Gallica provincia. Nero 55 vetere appellatione -cta. GELL. 5, 12, 8 dempta atque -cta iuvandi facultate (*cf.* 2, 6, 11). PAPIN. dig. 10, 1, 11 fines additis vel -ctis agris postea permutatos. TERT. adv. Marc. 2, 18 pretiosorum ciborum ambitio -cta est. PAVL. dig. 24, 1, 63 de eo, quod uxoris in aedificium viri ita coniunctum est, ut -ctum alicuius usus esse possit. LACT. ira 5, 15 cum alterum deo tribuant, alterum -unt, non minus ⟨quam⟩ illorum, qui utrumque -unt. HIL. in Matth. 12, 18 cum ... dei nomen (*sc. Christo*) -ere non audeas (*cf. infra l. 21*). AVG. civ. 13, 18 ut ... -at ponderis tarditatem (*sc. corpori humano*). *al.* *aliquem alicui*: VAL. MAX. 5, 3 ext. 3 -e Atheniensibus Thesea, nullae aut non tam clarae Athenae erunt. SEN. benef. 5, 25, 5 his non est dux -endus. LVCAN. 1, 351 -imus dominos urbi (*Romae*). GREG. TVR. Franc. 4, 13 filias senatorum ... eisdem vi -i (*cf.* 2, 12). *aliquid alicui*: CIC. Brut. 292 hanc (*sc. sapientiam*) sibi ipsum -ere, eis tribuere illudentem, qui eam sibi arrogant. de orat. 2, 286 saepe ... concedas adversario id ipsum, quod tibi ille -it. S. Rosc. 147 quem ... nec quidquam iam habere reliqui vides quod ei -ere possis. Q. Rosc. 44 nihil mihi -am, cum illis exactae aetatis fructum ... retribuam. Verr. 5, 25 honorem debitum -erunt non homini, sed ordini. Sull. 90 cum huic omnia cum honore -cta sint. p. red. ad Quir. 6. Planc. 11 posse suffragiis vel dare vel -ere (*populum*) quod velit cuique (*cf.* off. 3, 22). Marcell. 6 bellicas laudes solent quidam extenuare verbis easque -ere ducibus (SEN. contr. 7, 6, 15 SCHOL. Cic. Bob. p. 120, 25). *al.* Tusc. 3, 76 Chrysippus ... caput esse censet in consolando -ere illam opinionem maerenti (*v. p. 825, 53*). 3, 77 non tu illi (*i. lugenti*) luctum, sed stultitiam -xeris. 5, 58 quibus (*servis*) nomen servitutis ipse (*Dionysius*) -erat (*cf. supra l. 2*). div. 2, 79 is (*Caesar*) cum ... eidem (*Deiotaro*) -isset Armeniam (*cf.* STAT. silv. 4, 6, 66 sive catenatos Bromio -erat Indos *Alexander*). off. 3, 21. 23 ut ... id, quod alteri -erit, sibi assumat (3, 30 SEN. benef. 6, 43, 1. *v. etiam p. 827, 48*). 3, 75 homo ... iustus ... nihil cuiquam, quod in se transferat, -at (SEN. epist. 32, 4 quidquid ad te transferunt, alicui -endum est). epist. 3, 6, 5 si absenti mihi unius mensis labor -ctus esset (QVINT. inst. 5, 10, 121 per quos labor nobis -ctus est. *cf.* SEN. epist. 15, 9 -xi tibi non pusillum negotii). *al.* CAES. Gall. 1, 42, 5 omnibus equis Gallis equitibus -ctis. 6, 5, 5 haec ... illi -enda auxilia existimabat (*cf.* LIV. 31, 33, 3). HIRT. Gall. 8, 54, 1 duae legiones uni -untur. TIB. 2, 1, 73 *Cupido* iuveni -xit opes (OV. trist. 4, 4, 46 SEN. dial. 7, 23, 1). PROP. 3, 1, 21 quod vivo -erit invida turba, post obitum ... reddet Honos. LIV. 27, 44, 2 cui (*exercitui*) -ctum foret omne quod roboris, quod floris fuerit. 35, 13, 8 multa illi -cta sibi accessura (*sim.* PROP. 4, 11, 95). OV. epist. 7, 106 invidiam noxae -it ille meae (SEN. epist. 47, 14 quam omnem invidiam maiores nostri dominis, omnem contumeliam servis -erint [= MACR. sat. 1, 11, 11]. Tro. 299 -e invidiam tuo odiumque patri. MIN. FEL. 40, 3 cum maxima iudicandi mihi invidia -cta sit, *cf. p. 827, 4*). OV. met. 2, 39 hunc animis errorem -e nostris (Pont. 4, 8, 20 errorem misero -e). Pont. 2, 3, 15 -i menti spem fructus avidae. trist. 5, 14, 3 -at auctori multum fortuna. fast. 4, 107 *Venus* prima feros habitus homini -xit. CELS. 8, 4 levia ingenia quia nihil habent, nihil sibi -unt. SEN. contr. 1 praef. 1 est ... iucundum mihi ... vobis ... -ere temporum iniuriam. 1, 6, 9 voluit illi (ille *codd.*) et amoris commendationem -ere (1, 6, 10). 7, 6, 3 cui (*servo*) -xit abstinentiae gloriam (QVINT. decl. 345 p. 363, 25). SEN. clem. 1, 20, 3 ille, qui quod alteri donat, sibi -it. benef. 4, 19, 1 tu ... Epicure, deum inermem facis, omnia illi tela, omnem -isti potentiam (LACT. opif. 19, 7). 40, 5 si plus mihi -urus ero, quam illi collaturus. nat. 7, 16, 1 nec magna molitione -enda est auctoritas Ephoro (QVINT. inst. 6, 5, 10. 11, 1, 74. 88 *et v. p. 828, 25. 33*). epist. 23, 3 existimas ... me -ere tibi multas voluptates (*cf. p. 825, 49*). 77, 7 -xit illis (*servis*) metum (*cf. infra l. 71*). 82, 23 omnibus mortalibus mortis timor -i debet. 104, 20 onera tibi -e (*v. p. 825, 71*). 109, 6 *al.* dial. 2, 17, 2. QVINT. inst. 2, 17, 15 Agnon ... -xit sibi inscriptione ipsa fidem (*cf. p. 827, 15 sq. et* 5, 7, 4 ad -endam illis [*testibus*] fidem. 5, 7, 8. 7, 1, 11. 11, 1, 89 *al.*). 10, 1, 106 illi (*Demostheni*) nihil -i potest, huic (*Ciceroni*) nihil adici. 11, 1, 20 dicendi ... facultatem magis illi (*i. Caecilio Cicero*) -xit quam arrogavit sibi. decl. 271 p. 112, 4 *al.* FRONTIN. strat. 2, 5, 33 eo ... proelio fiduciam regi (*Mithridati*), quam in equestribus copiis habebat, -xit *Pompeius*. TAC. ann. 16, 26 subtraheret aures conviciis et probris ... -ret potius senatui ... infamiam tanti flagitii (*v. infra p. 828, 32*). SVET. Aug. 40 fisco -i aliquid. FRONTO p. 59, 17 N. neve quod tu alii tribueris aut bene feceris, sibi quisque illud perire ac -i putet. TERT. adv. Marc. 2, 27 ut tantum homini conferat quantum deo -it. *al.* VLP. dig. 1, 6, 2 nec cuiquam hominum ius suum -i (INST. Iust. 1, 8, 2). 24, 2, 11 pr. -xit *Iulianus* ei (*libertae*) cum alio conubium (*i. ius conubii*). LACT. ira 8, 8 sive ... gratiam deo sive iram sive utrumque -xeris. inst. 6, 15, 3 si velint (*Stoici*) aut metum -ere cervis aut venenum anguibus *eqs.* HIL. in Matth. 12, 18 divinitatem et communionem paternae substantiae domino -entes. 24, 6 quod inanibus honorem darent et -rent honorandis. PHOEBAD. c. Arrian. 12 *syn.* derogare. PROSP. in psalm. 108, 20 -unt Christo ipsum, quem lex domini et prophetae praenuntiarunt (*i. negant Christum esse eum, quem eqs.*). *aliquid alicui rei*: CIC. fin. 3, 7 nihil operae rei publicae -ens (*cf. p. 827, 47*). LIV. 2, 60, 5 plus ... dignitatis comitiis ipsis -ctum est patribus ex concilio submovendis, quam virium aut plebi additum est aut demptum patribus. 5, 47, 8 se quisque victu suo fraudans -ctum corpori atque usibus necessariis (*cf.* PLIN. paneg. 51, 2). 40, 22, 4 nihil vulgatae opinioni ... -erunt (SEN. contr. 9, 2, 15). CELS. 6, 6, 1 quantum inflammationi -etur, tantum adici cibis poterit. SEN. contr. 1, 1, 20 et miserationi eius ... adiecit aliquid et pietati suae nihil -xit. 2, 3, 9. 9, 2, 15 nihil ... -ctum est populi Ro-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mani magnitudini. *ibid.* nec viribus quidquam populi Romani -ctum est nec opinioni (*cf. p. 826,81*). *al.* SEN. benef. 1,2,1 quibus (*beneficiis*) si -xeris iudicium, desinunt esse beneficia. 2,13,2 -xit muneri suo pompam. 5,16,4 quasi potentiae suae -urus invidiam (*cf. p. 826,40*). dial. 2,9,4 nec quidquam ... petulantiae vestrae aut rapacissimis cupiditatibus ... -itur (*opp.* salvis vitiis vestris. *cf. infra l. 24*). 6,26,2 an Romanos duces, quorum nihil magnitudini deerit, si aliquid aetati -xeris. 9,10,6 illi ... tutiores erunt superbiam -endo rebus per se superbis. 9,11,4 huic ... rei pretium. 10,7,9 *opp.* adicere. 11,13,4 (*Socrates*) carcerem intravit ignominiam ipsi loco -urus. nat. 3,10,4 -e illi (*aëri*) calorem. 6,21,1. epist. 9,12 -it amicitiae maiestatem suam, qui illam parat ad bonos casus. COLVM. 2,11,7 frugibus enim plurimum -itur. 4,17,3 quamvis una (*fossio*) possit -i culturae prioris anni. LVCAN. 8,125 hoc solum crimen meritae bene -e terrae. OCTAVIA 536 incesta genetrix -it generi fidem (QVINT. inst. 5,7,32 per quae non a se tantum dictis -at fidem *testis subornatus. cf. p. 826, 56 et* 5,10,46. 7,2,34. 9,2,53 PLIN. paneg. 74 VLP. dig. 48,18, 1,24 *et persaepe*). PLIN. nat. 37,6 multum -ctum gemmae dignitati. SIL. 17,180 iuvenem *Scipionem* minitari ... -urum ignibus atris ... patriam suaque inclita facta. QVINT. inst. 2,12,8 confitendum est etiam -ere doctrinam aliquid, ut limam rudibus et cotes hebetibus et vino vetustatem. 4,2,40 quibus sublatis neque cognitioni quidquam neque utilitati -atur. 6,3,104. decl. 260 p. 69,17 -itur adulescentiae (*genet.*) voluptatibus, -itur concessis alioqui ... cupiditatibus (*cf. supra l. 5*). 321 p. 260,21 fraternitati auctoritatem (SCHOL. Cic. Bob. p. 62,11 -xit illi decreto auctoritatem ... malevolentiae). 329 p. 293,19 servitutem rei publicae. FRONTIN. aq. 11 ne quid salubrioribus aquis -ret *Augustus.* SVET. Aug. 16,2 quasi ... pompae simulacrum dei -erit. TERT. adv. Marc. 3,13 redde euangelio veritatis quae posterior⟨i⟩ *euangelio* -isti. VLP. dig. 1,1,6 pr. cum aliquid addimus vel -imus iuri communi (41,1,20,1). 45,1,1,3 *opp.* adicere. 45,1,52 pr. *opp.* addere. HIL. in Matth. 7,1 ne quis ... existimaret aliquid rerum gestarum fidei -endum. in psalm. 54,9 addentes potius de obscuris intellegentiam quam simplicibus -entes. SCHOL. Cic. Bob. p. 62,15 ad -endum pondus illi senatūs consulto. p. 107,6 incommoda *rei publicae* et pericula -ere. AVG. civ. 13,10 cum vita fuerit corpori tota -cta. 11,22 quam propemodum nihil corpori et quam multum -itur pulchritudini (*sc. supercilio raso*). 22,17 *opp.* servare. *acced. praepositiones:* de: RHET. Her. 1,11,18 non ut de illorum quidquam -ret inventione. 2,27,43 ne aut ad rem addatur quid aut quippiam de re -atur. CIC. inv. 2,33 quantum ... de honestate et auctoritate eius, qui arguitur, -ctum est, tantundem de facultate eius totius est defensionis deminutum. Verr. 6,58 omnia te sibi esse largitum, quae tu de re publica nostra -xeris. dom. 33 nihil de capite civis aut de bonis. Phil. 2,104 de fortunis Varronis rem ullam. 6,15 celeritas -cta de causa est, boni tamen aliquid accessit ad causam. ac. 2,6 ne quid privatis studiis de opera publica -amus (*cf. p. 826,77*). fin. 1,30. 3,70 alienum esse a iustitia ... -ere quid de aliquo, quod sibi assumat (*cf. p. 826,24*). 4,21 alia nomina imponentem, verba modo mutantem, de opinionibus nihil -entem. Lael. 57. Att. 7,17,1 nemo ... umquam tantum de urbanis praesidiis -xit. epist. 3,12,4. 5,2,10 quidquam de nostra benevolentia -am. VITR. 6,2,1 cum de symmetria sit -ctum aut adiectum, uti id videatur recte esse formatum. LIV. 6,6,7 nec quidquam de maiestate sua -ctum credere, quod maiestati eius viri concessissent. TAC. hist. 2,62 cum *Vitellius* de potestate nihil -ret. QVINT. decl. 315 p. 239,12 de poena nihil -o desertoris. p. 242,21. VLP. dig. 21,1,38,7 neque de fortitudine quid eius *muli* -itur neque de utilitate. ex: CIC. de orat. 2,252 -ctis ... tot rebus ex hoc oratorio loco. Brut. 236 quantum -xit ex studio, tantum amisit ex gloria (*v. p. 830,49*). div. in Caec. 49 ex ea facultate *dicendi* aliquantum. Font. 3. Planc. 61 qui ... quaestor tantum ex re militari -erit temporis, quantum *eqs.* Rab. Post. 44 ex qua *dignitate* nihil -i potest. Tim. 22 unam principio partem -xit (ἀφεῖλε) ex toto. SEN. contr. 1,1,20 quidquam ex gloria criminis sui. SEN. dial. 3,13,2. epist. 91,4 quid ... est, quod non fortuna ... ex florentissimo -at? PS. SEN. mon. 114 tantum ad virtutem adicies, quantum ex voluptate -xeris (*cf.* SEN. epist. 21,8). QVINT. inst. 4,2,47 ut ... vel ex spatio eius *narrationis* -amus aliquid vel ex taedio. POMPON. dig. 30,24,3 si ... ex fundo Titiano aliquid -xit et alii fundo adiecit. ab: CIC. off. 3,31 si quid ab homine ad nullam partem utili utilitatis tuae causa -xeris.

ββ demunt res: aliquid: CIC. orat. 209 *genus orationis compositae* -it ... actionis dolorem. Deiot. 1 ut ... tantum facultatis timor -at. Tusc. 2,11 *philosophia* inanes sollicitudines -it. 3,46 aegritudines. 4,60 illa ... ratio et oratio, quae simul et opinionem falsam tollit et aegritudinem -it. off. 3,82 si *utilitas* boni viri nomen eripuerit, fidem iustitiamque -erit. Att. 6,8,4 -xit XX ipsos dies ... aphractus Rhodiorum. epist. 3,13,2 hac re novata additum potius aliquid ad meum erga te studium ... quam quidquam esse -ctum. LVCR. 6,616 magnam sol partem *maris* -it aestu. TIB. 1,9,13 pulvis ... decorem -et. VITR. 2 pr. 4 valetudo -xit vires. 5,1,10 sublata epistyliorum ⟨ornamenta⟩ et pluteorum columnarumque superiorum distributio operosam -it molestiam. CELS. 1,2 ut quod vel corporis vel loci vel studii ratio -it, cura restituat. SEN. benef. 3,7,5 *arbitri* libera ... religio et -ere aliquid potest et adicere. dial. 10,11,2 nihil largitione -itur. COLVM. 11,3,37 feritatem. PLIN. nat. 17,163. 22,155 fastidium. QVINT. inst. 2,12,8. 5,10,27 fidem (*opp.* afferre. 5,12,8. 7,2,57. 12, 8,12 *v. etiam p. 826,56*). 11,1,90 *al.* PLIN. epist. 5,20,3 multum commendationis et -it et affert memoria, vox, gestus *eqs.* HIL. in Matth. 13,2 *fides* repudiata ... veteris substantiae opes -it. PANEG. 12,9 -it laudem patientiae inopia. AVG. civ. 12,3 quidquid boni naturae per vitium -i sive minui consuevit. 13,10 donec tota *vita* -atur *morte.* PS. SORAN. quaest. med. 8 *medicina* impedimenta -it quale est quando ... claudicationem -it. POMER. 3,30,2 caecitatem. CARM. epigr. 1337,7 nil brevis ... dies, nil mors -xit acerva. *aliquid alicui:* CIC. Manil. 10 ut neque vera laus ei -cta oratione mea neque falsa afficta esse videatur. Mur. 72 quantum hae conquestiones in senatu habitae punctorum nobis ... -erint. p. red. ad Quir. 19 mihi quod potuit ... sceleratorum hominum furor -ere, eripuit, abstulit, dissipavit. SALL. or. Phil. 3 mollitia decretorum vobis dignitatem, illi metum -i (CELS. 2,8 ex vesica dolenti si purulenta urina processit ... metum -it). NEP. Eum. 1,2 multum ei. PROP. 3,11,35 tres ubi Pompeio -xit harena triumphos. VAL. MAX. 6,9 pr. multum animis hominum et fiduciae adicere et sollicitudinis -ere. CVRT. 8,4,25 hoc uno modo (*sc. conubio*) et pudorem victis et superbiam victoribus -i posse. SEN. epist. 94,21 hunc *errorem* nobis praecepta non -unt. 103,5 *philosophia* tibi vitia -at, non aliis exprobret (*cf.* 116,1). COLVM. 7,4,2. QVINT. inst. 4,5,22 facientibus iter multum -unt fatigationis notata inscriptis lapidibus spatia. 7,1,36 haec tam timida defensio -it auctoritatem illi (*v. p. 826, 51 et infra l. 33*). AVG. civ. 14,11 -itur ... malum non aliqua natura, quae accesserat, vel ulla eius parte sublata, sed ea, quae vitiata ac depravata fuerat, sanata atque correcta. *aliquid alicui rei:* CIC. Marcell. 12 ut quantum tuis operibus diuturnitas -et, tantum afferat laudibus. GERM. frg. 4,97 *Virgo* -et autumno pluvias. SEN. benef. 4, 29,2 vilitas sua illis (*beneficiis*) ... -it pretium. nat. 7,17,2 qui (*cometes*) cometis -xit infamiam (*v. p. 826, 63*). dial. 2,3,1 haec sunt, quae auctoritatem praeceptis vestris -ant (HIL. in Matth. 5,1 *et cf. p. 826,51 et supra l. 25*). 7,4,3 cetera vilis turba rerum nec -ens quidquam beatae vitae nec adiciens. epist. 58,30 navigationes ac pericula multum -erunt viribus. 92,18 COLVM. 7,3,25. STAT. Theb. 8,369 liquido velut aethere nubes invida Parrhasiis unum si -at astris. QVINT. inst. 4,5,25 auctoritati plurimum -unt minuta illa nec iam membra, sed frusta. 9,4,6 parvis pedes vim -unt rebus (SERV. Aen. 1,41 quotiens vocalem longam vocalis sequitur, ei vires -it). TAC. dial. 39 quantum virium -isse orationi auditoria et tabularia credimus. PLIN. paneg. 4,6 nihil severitati eius *eqs.* TERT. adv. Marc. 2,18 si lex aliquid cibis -it. SOL. 40,27 *ciconiae* regionibus Thessalicis plurimum mali -unt. HIL. in Matth. 7,1 *sensus allegoricus* nihil ... veritati -it. *acced. praepositiones:* de: CIC. Brut. 320 primus et secundus annus et tertius tantum quasi de picturae veteris colore -erat. Tusc. 3,55 oratio de ipsa summa mali nihil -it. nat. deor. 2,3 convictis Epicuri erroribus longa de mea disputatione -cta oratio est. ex: CIC. epist. 1,5ª,4 si quid ex eis rebus ... nonnullorum hominum perfidia -erit. LVCR 4,535 quid corporis auferat et quid -at ex hominum nervis ac viribus ipsis perpetuus sermo. *acced. adverb.:* SEN. nat. 2,15 aëra ... non -ere aliunde causas flammarum novas.

β speciatim: αα t. t. artis arithmeticae i. q. deducere, subtrahere: aliquid (vel aliquem v. l. 63 al.): CIC. Verr. 4,165 tantum *pecuniae* -xit, quantum commodum fuit. 4,182 si potest ista pecunia sine aratorum iniuria -i. SEN. dial. 3,7,1 eo ... -cto quod exundat *iram* ad salutarem modum cogere. QVINT. inst. 3,6,28 duas partes. 3,8,60. decl. 273 p. 119,1 -cto aere alieno omni, -ctis oneribus bonorum (VLP. dig. 28,5,35,1. 37,9,9). 365 p. 399,5 -cto uno *suffragio.* PLIN. nat. 2,78 denis -ctis diebus. 2,174 -antur hae tot portiones terrae. 33,159 dupondiis ... -ctis. IAVOL. dig. 7, 1,54 -cto usu fructu (*persaepe apud* ICTOS). HYG. mun. castr. 26 -ctis equitibus reliqui pedites *tot.* APVL. apol. 89 viginti annos semel -am (AVG. civ. 15,10 *sq.*). VLP. dig. 36,1,23,4 an dos -i possit. 39,5,12 id, quod creditoribus debetur, erit -endum. PAVL. dig. 6,1,2 -cto alieno *grege.* AVG. civ. 15,13 *opp.* addere. 19,2 duae partes huius numeri -untur et sectae nonaginta sex remanent. *nota:* PAVL. dig. 35,2, 36,4 quam (*partem*) Falcidia *lex* -xit. AMBR. hex. 2,3,12 quae et superfluum -ret *imminutio.* *acced. dativus q. d. commodi vel incommodi (adde p. 829,10. 32. 34):* PLAVT. Truc. 562 mihi -xi partem Herculaneam. PROP. 4,11,95 quod mihi -ctum est, vestros accedat ad annos (*cf. sim. infra l. 84*). GAIVS inst. 2,125 eae *personae* ... scriptis heredibus dimidiam partem -ant VLP. dig. 37,8,1,14 virilem *partem* sibi -it. 15,1,19,1 modo soli uxori -i, modo non -i *peculium.* 37,8,1,15 ut pater emancipatus si centum in bonis habeat, quinquaginta sibi -at. GAIVS dig. 35,2,78. *huc pertinet:* DIDASC. apost. 43,6 ut commutantes -remus illi (*fere i. q. venderemus*) virtutem sancti spiritus pro pecunia. *acced. unde: adverb.:* CIC. Verr. 4,227 hinc cum unae decumae lege et consuetudine -antur. SCRIB. LARG. 149 hinc. SEN. Herc. O. 1464. PLIN. nat. 6,37 Artemidorus hinc -it XXV passuum. AVG. civ. 12,13 hinc enim si a fine vel brevissima singillatim momenta -antur. *dativ.:* NEP. Timoth. 4,1 multae novem partes -xit. MANIL. 3,420 -itur summae tota pars. SEN. dial. 6,21,6 ipsi qui adiciebantur adulescentiae anni, vitae -bantur (*cf.* PLIN. med. 1,5).

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Colvm. 8, 17, 15 plurimum pretio. 9, 14, 11 quibus *cibariis* nihil est omnino -endum. Plin. nat. 13, 99 ponderi quantum ita -atur. 36, 179 ut . . . septimae partes -rentur summarum *columnarum* crassitudini. Qvint. inst. 1, 10, 44 quidquid formae quadrati -xeris. Cens. 20, 5 sex cavis mensibus dies sunt singuli -cti. Gaivs dig. 35, 2, 73 pr. quarta pars legatis. 35, 2, 73, 3. Scaev. dig. 33, 8, 21 quantum peculio. Papin. dig. 35, 2, 15, 4 superfluum aeris alieni dodranti tantum -etur. Sol. 1, 42 Graeci . . . singulis annis undecim dies et quadrantem -bant. Mart. Cap. 7, 781. 785. *nota*: Maecian. dig. 35, 2, 32 pr. eaedem actiones nihil bonis rei . . . -unt. 35, 2, 32, 4 si Titio viginti *aurei* legatis portio per legem Falcidiam -cta esset. Papin. dig. 18, 1, 72 pacta conventa quae ... -unt aliquid emptioni. de (*cf. p. 830, 46 sq.*): Cic. Verr. 2, 11 quod . . . de capite quantum commodum fuerit frumenti decumani -erit. 4, 83 videtis tritici modium *tot milia* de capite esse dempta, quae cum de populi Romani victu, de vectigalium nervis, de sanguine -isset aerarii. 4, 181. 5, 20 de summa frumenti. Cluent. 82 ut nihil possit neque additum neque -ctum de re familiari latere. Flacc. 91 nihil -it de vivo. Att. 11, 24, 3 cum hoc tam parvum de parvo -erit. Lvcr. 3, 225 neque -ctum de pondere quidquam (*cf.* 3, 220 defit *et v. infra l. 27*). 3, 514 aut aliquid prosum de summa -ere hilum (3, 518 defluere *i. q. -i*). Vitr. 4, 4, 2 quod -itur de corpore scapi *columnae*. Vlp. dig. 36, 4, 5, 20 hoc tempus de medio (*sc. de media hereditate*) -endum (etrahendum *F*) est. Sol. 1, 38 de sex mensibus superioribus -erunt dies singulos. Avg. civ. 15, 2. Ps. Ascon. Verr. p. 198 ut de tot, qui contra se sunt, testibus unum Rabonium -ret (Cic. *ad l.* ut uno minus teste haberet). *nota in imagine*: Cic. fin. 4, 57 saltem aliquid de pondere -isset et paulo minoris aestimavisset ea *bona* quam Peripatetici (*cf. supra l. 19*). ex: Cic. Flacc. 82 quantum . . . ex his horis -ret? parad. 49 ex meo tenui vectigali -ctis sumptibus cupiditatis aliquid etiam redundabit. Att. 10, 5, 3 ex ea summa (*cf.* Sol. 1, 29). 11, 1, 2 ex dote. Ivlian. dig. 38, 2, 20, 3 ut . . . ex reliqua parte tantum Titio -atur, quantum ab herede. Maecian. dig. 35, 2, 30, 3 ex portione ... quidquam. 35, 2, 32, 4 tantum Seio ... ex quinque *aureis* -ctum ... quantum Titio ex viginti -isset. Boeth. arithm. 1, 18 p. 37 eum (*minorem*) ex reliquo maiore -ere. *et saepe*. *nota*: Pompon. dig. 1, 2, 2, 32 Claudius duos praetores adiecit . . . ex quibus unum divus Titus -xit. ab (*adde supra l. 32*): Lvcr. 5, 685 et (*id*) quod (*sol*) ab alterutra -xit parte. *absolute vel omisso obiecto*: Varro rust. 2, 10, 11 facilius de summa hominum -ere possis. Scrib. Larg. 97 ponderibus . . . antiquis aut adiecit aut -xit. Sen. epist. 21, 7 non pecuniae adiciendum, sed cupiditati -endum est. 21, 8. Plin. nat. 2, 58 (*lunam*) lucere dodrantes semuncias horarum ab secunda adicientem usque ad plenum orbem -entemque in deminutionem. Frontin. aq. 33 dum aut vicenariae . . . -unt aut centenariae et centenum vicenum adiciunt. Vlp. dig. 15, 3, 10, 8 an potius ex utroque (*i. ex debito et ex peculio*) pro rata -imus? 36, 1, 23, 3 ipse si quem sumptum fecit in res hereditarias -et. Vvlg. lev. 27, 18 -etur ex pretio. ββ *t. t. artis grammaticae i. q. adimere, supprimere, litteram, syllabam, coniunctionem sim.*: Varro frg. Lact. opif. 12, 17 mulier a mollitie immutata et -cta littera, velut mollier. Cic. orat. 161 eorum verborum ... postremam litteram -bant. Sen. contr. 9, 1, 13 in sententia Graeca tam brevi habes quae salvo sensu -as: deme vel συγκρύψαι *eqs.* 10, 5, 20 -cto verbo aut mutato aut adiecto. Palaem. Char. gramm. I 232, 9 praepositiones gentibus seu nationibus adduntur, civitatibus adimuntur et -untur. Plin. dub. serm. frg. Char. gramm. I 136, 23 ablativo ... singulari -cta postrema vocali. Qvint. inst. 1, 5, 10 ut verbo ... adiciat litteram syllabamve aut -at aut aliam pro alia aut eandem alio quam rectum est loco ponat (*cf.* 1, 6, 32). 1, 5, 19 *aspiratio* sive adicitur vitiose sive -itur (*cf.* 6, 3, 55. 12, 10, 57). 8, 6, 29 per epitheton, quod -cto eo, cui apponitur, valet pro nomine. 9, 2, 37. 9, 4, 86 Svet. Aug. 86, 1 *coniunctiones* -ctae afferunt aliquid obscuritatis. Gell. 2, 10, 4 ex eo verbo secundam litteram. Char. gramm. I 172, 31 ut -atur e littera tempore imperfecto. 278, 21 apocope est cum ex ultima parte loquellae aut littera -itur aut syllaba. Macr. exc. gramm. V 615, 30 prima persona passiva ... syllabam -it de secunda. *nota*: Aqvila rhet. 46 p. 37 ornatur oratio cum verbum aliquod -imus a sua significatione (*de figura detractionis, quam Graeci vocant* ἔλλειψιν *cf. p. 821, 83 sq.*). Avdax gramm. VII 361, 23 *barbarismus* aut adicit aut -it aut mutat aut transmutat litteram, syllabam, tempus, aspirationem, accentum. *de editoribus i. q. delere* (*cf. p. 822, 29 sq.*): Avg. civ. 18, 43 ausi sunt -ere, quod Hebraei *codices* non habebant et Septuaginta posuerunt. Not. Suet. gramm. VII 535, 17 diple periestigmene apponebatur in his quae Zenodotus Ephesius non recte adiecerat aut -erat aut mutaverat. Evg. Tolet. hex. praef. pros. 7 *versiculos* huic operi -endos esse putavi. γγ *t. t. artis metricae a Varrone Caesioque Basso excultae i. q. demere* (*cf.* detractio *p. 822, 32 sq.*): Bass. gramm. VI 271, 12 -cta ... trimetro syllaba fecit illum (*versum*) minorem. Diom. gramm. I 507, 19 de iambico Archilochio. ... hic de vero iambico syllaba extrema -cta factus est. 508, 12 potest Asclepiadeus ab hexametro nasci -cto in mediis partibus disyllabo verbo et in ultimis. 509, 25 apparet tris syllabas hendecasyllabo esse -ctas (tractas *ABM*, detractum *S*). 518, 8 hic si primum semipedem -is. . . . si addas hic quae -cta sunt ex iambico. 519, 3 hoc metrum ab elegiaco tractum est una syllaba -cta. *al.*

III *obscurata comminutionis notione i. q.* ***damnum, incommodum*:** **A** *generatim*: CIC. div. in Caec. 15 nescio, cur hoc mihi -o esse debeat, si *eqs.* (PS. ASCON. *ad l.* cur hoc me in hac causa debeat impedire). de orat. 1, 38 plura proferre possim -a publicis rebus quam adiumenta per homines eloquentissimos importata. fin. 1, 53 plus . . . in ipsa iniuria -i est quam in iis rebus emolumenti, quae pariuntur iniuria. 3, 69 *v. p. 837, 3.* leg. 1, 51. Brut. 4 *syn.* incommodum. epist. 13, 50, 2 *cf. p. 841, 77.* CAES. Gall. 1, 44, 5 amicitiam populi Romani sibi ornamento et praesidio, non -o esse oportere. BRVT. Cic. epist. 11, 9, 1 Pansa amisso quantum -i res publica acceperit. LENT. Cic. epist. 12, 14, 5 nam mihi fuit ista provincia plena laboris, periculi, -i. VARRO rust. 1, 1, 3 *ulmi et populi* sine -o ponuntur a septentrionali parte. SEN. benef. 7, 30, 1 ʻperdidi beneficiumʼ. stulte non nosti -i tui tempora; perdidisti, sed cum dares; nunc palam factum est. dial. 5, 43, 5 -a, iniurias, convicia, vellicationes contemnamus. 6, 12, 1 *de amisso filio.* epist. 70, 5 *sapiens de maturata morte* non tanquam de magno -o timet. *al.* FRONTO p. 212, 18 N. sententiarum ordinem *a Lysia* ita temere permixtum, ut sine ullo -o prima in novissimum locum transferantur *eqs.* (*cf.* p. 212, 26 variatio vel cum -o aliquo gratior est quam recta continuatio). ARNOB. nat. 2, 61 quae neque scire compendium neque ignorare -um est ullum. VVLG. Phil. 3, 7 quae mihi fuerunt lucra, haec arbitratus sum propter Christum -a (*ζημίαν*) *eqs.* PS. AVG. quaest. test. I 127, 31 *Adam* ad hoc revocatur, ad quod fuerat factus, sed cum -o (*seq.* cum laboris dispendio). INST. Iust. 3, 3, 4 impium esse credidimus casum fortuitum in *matris* admitti -um. *accedit genetivus obiecti* (*personae v. p. 839, 51*): SEN. contr. 1, 2, 23 quaedam satius est causae -o tacere quam verecundiae dicere. VAL. MAX. 4, 6, 4 *Iulia occubuit* magno quidem cum totius terrarum orbis -o. SEN. dial. 2, 5, 4 nec potest quisquam iniuriam accipere sine aliquo -o vel dignitatis vel corporis vel rerum extra nos positarum (HIL. in Matth. 16, 11 AVG. civ. 22, 14). SCRIB. LARG. 200 implicitas medicinae partes inter se et ita conexas esse constat, ut nullo modo diduci sine totius professionis -o possint. FRONTO p. 21, 18 N. rectae eloquentiae (AVSON. 338, 2 ingenii et facundiae). TERT. adv. Marc. 1, 27 p. 329, 15 salutis (FILASTR. 147, 1). 4, 21 p. 490, 46 qui malum animae lucrum perditione eius et bonum animae -um salute eius remuneraturus sit (VVLG. Matth. 16, 26 *p. 840, 79* Marc. 8, 36 *p. 840, 66.* HIL. in Matth. 16, 11 animae et corporis). HIL. in Matth. 16, 11 vitae. AMM. 20, 5, 7 pudoris (SVLP. SEV. Mart. 1 pr. 1 *cf. p. 842, 4*). PELAG. in Rom. 1 p. 649ᵃ cum *Christus* per hoc (*sc. per incarnationem*) naturae -um . . . sentire non possit. RVFIN. apol. adv. Hier. 2, 44 fidei.

B *speciatim*: **1** *de re familiari*: LVCIL. 738 certa sunt, sine -o quae inter sese commodent *homines* (*i. communicent. cf.* CIC. off. 1, 51 ut, quidquid sine -o commodari possit, id tribuatur vel ignoto). CIC. leg. 2, 67 quae natura agri tantummodo efficere possit, ut mortuorum corpora sine -o vivorum recipiat. HOR. epist. 2, 1, 121 *poeta* -a, fugas servorum, incendia ridet. SEN. benef. 4, 14, 4 *vera beneficii dandi cupido* ad -um iniecta manu trahit. *al.* COLVM. 1 praef. 11 industria dominorum cum ignorantiae -is multa pensaret. 1, 7, 1 ubi sedulo colitur ager, plerumque compendium, . . . nunquam -um affert. ALF. dig. 39, 2, 43, 1 omne, quod -i ex mercede (*sc. non accepta*) vicinus fecisset, praestaturum. *et saepius* DIG. PLIN. nat. 33, 79 *cf. p. 841, 7.* QVINT. decl. 259 p. 57, 8 etiamsi naufragium illud . . . aliquod attulit -um. TAC. ann. 4, 64 tribuendo pecunias ex modo -i *incendio accepti.* TERT. patient. 7 p. 11, 16 -⟨or⟩um patientiae fastidium opulentiae praeministravit *dominus.* EDICT. imp. Diocl. I 22 *cf. p. 839, 63.* SORT. Sangall. 38, 4 invenitur quod periit, sed cum -o. *cf.* 38, 7. HIL. in Matth. 5, 3. PS. AVR. VICT. epit. 1, 12 arma nisi maioris emolumenti spe nequaquam movenda esse, ne compendio tenui, iactura gravi petita victoria similis sit hamo aureo piscantibus, cuius abrupti amissique -um nullo capturae lucro pensari potest (*ex* SVET. Aug. 25, 4 *ubi* damnum). HYG. astr. 2, 5 mercedem petisse ab *puero,*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quae sine -o eius daretur. VVLG. I Cor. 3, 15 *cf. p. 840, 80* NOVELL. Iust. 62, 2, 6. *de ludo aleae*: SVET. Aug. 71. *adde*: COD. Iust. 10, 62 (60), 4, 1 nominator, qui filium . . . non consentiente patre ad munus devocavit, . . . -o (*i. sumptibus*) muneris obligabitur. 2 *de bello, fere i. q. clades, militum iactura sim.*: CAES. Gall. 5, 52, 6 quod -um culpa et temeritate legati sit acceptum (*syn.* incommodum). *saepe.* PLANC. Cic. epist. 10, 18, 2 si quid Lepidus . . . -i cepisset. SALL. Iug. 54, 5. LIV. 3, 60, 2 haud scio an . . . magno -o certamen staturum fuerit. FRONTIN. strat. 3, 17, 4. SVET. Aug. 23 Lollianam *cladem* maioris infamiae quam -i. VEG. mil. 3, 7. 25 absque gravi -o. 3 *de fama, auctoritate*: RHET. Her. 3, 7, 13 si bono genere *natus sit*, dedecori maioribus fuisse; si malô, tamen his ipsis -o fuisse. 3, 7, 14 -o atque dedecori. CAES. civ. 1, 82, 2 contra opinionem . . . militum videri proelium defugisse magnum -um afferebat. SEN. dial. 9, 17, 4 ut antiqui illi viri solebant . . . tripudiare, non facturi -um, etiamsi ab hostibus suis spectarentur.

IV *i. q.* ***corruptio, depravatio,*** *in deterius mutatio, peremptio*: COLVM. 12, 26, 1 ita diutius durabit *vinum* et -i nihil fiet. PAVL. dig. 24, 2, 2, 1 *de nave.* SOL. 23, 9 *ignem* si sine -o sui perferat *gemma ceraunium.* RVFIN. Adamant. 5, 8 amiantum cum igni traditur, permanet incorruptum nec in aliquo prorsus ignis -a perpetitur (οὐδὲν ἀδικουμένη) *eqs. infra l. 69.* *de humano corpore*: HIER. epist. 51, 7, 4 Helias igneo curru raptus in caelum et ignis -a non sentiens. AVG. civ. 21, 4 ut *damnatorum* corpora . . . sine -o ardeant. *fere i. q. foedatio*: APVL. met. 10, 2 cetera salutis vultusque -a et aegris et amantibus examussim convenire. *adde*: CELS. dig. 8, 1, 9 non . . . per villam ipsam . . . ire agere sinendus est, cum id aeque commode per alteram partem facere possit minore servientis fundi -o. *morali sensu*: POTAM. tract. 1 p. 1411[C] cum . . . -a carnis pensasset (*i. culpae, quae carni adhaeret, poenam persolvisset*). *i. q. defectus*: PS. PRIMAS. in Gal. p. 596[C] -um discipulorum confusio et opprobrium est magistri, sicut et profectus eorum gloria est praeceptoris.

V *i. q.* ***iactura, amissio***: QVINT. inst. 11, 1, 10 ultimae senectutis (*cf.* HIL. in Matth. 10, 26 -o brevis vitae faenus immortalitatis acquiri). GELL. 2, 17, 10 -um litterae productione syllabae compensatur. TERT. ieiun. 5 saturitatis Aegyptiae -a suspirans *populus Iudaeorum in deserto.* AVR. VICT. Caes. 29, 5 -um unius militis. FILASTR. 85, 2 cum sine causa perire . . . properant, honestae mortis sustinent -a. CHROMAT. beat. 3 utique non ille *luctus intellegendus est*, qui ex rerum nascitur -is, non qui ex amissione carorum, nec qui ex iactura saecularium dignitatum. SEDVL. op. pasch. 4, 6 p. 259, 6 sermonis (*de homine muto*). *in philosophia i. q. praedicati abiudicatio, negatio*: BOETH. herm. sec. 6, 14 p. 477, 8 omnis generatio ex -o surgit, ut quod fit dulce . . . ex non dulci.

VI ***metonymice:*** *i. q. homo mutilatus*: CVRT. 5, 5, 13 liberi in flore et aetatis et rerum agnoscent patres ergastuli -a. *fere i. q. lacuna*: AVG. civ. 22, 12 p. 590 *caro devorati hominis* in carnem conversa est eius, qui talibus vixit alimentis, et ea, quae macies ostenderat, -a supplevit. *cf.* 22, 20 p. 601.

structurae: *accedit genetivus personae (rei v. p. 837, 84. 838, 48)*: CIC. inv. 1, 1 nostrae r e i p u b l i c a e (p. red. in sen. 11 *al.* LIV. 22, 33, 10. AVG. civ. 5, 22 cum maximis -is et calamitate rei publicae). 1, 5 bonorum. leg. 2, 67 vivorum. CAES. Gall. 5, 52, 1 neque . . . -o illorum locum relinqui. civ. 3, 10, 5 Africani e x e r c i t ū s (BELL. Alex. 72, 2 NEP. Hann. 5, 2 VELL. 2, 97, 4 AVR. VICT. Caes. 34, 5). BELL. Alex. 60, 2 quod et victoris et victi -um ad eundem Caesarem esset redundaturum. LIV. 28, 43, 8 non eorum modo . . . sed rei publicae et paene omnis generis humani -um sit. SEN. epist. 74, 7 *e fortunae donis* alia magno -o eorum, in quos devenerant, prensa. TAC. ann. 6, 45 aestimando cuiusque -o. SCAEV. dig. 46, 3, 102 pr. quaesitum est, cuius esset -um. *et saepius* DIG. HIL. in Matth. 21, 6 sine -o eorum, in quorum redemptionem venerat. *pron. r e f l e x i v u m*: EDICT. imp. Diocl. I 22 qui -um sui existiment . . . abundantium rebus provenire. SOL. 23, 9 *cf. supra l. 19.* VVLG. Luc. 9, 25 quid enim proficit homo, si lucretur universum mundum, se autem ipsum perdat et -um sui faciat? (ἑαυτὸν δὲ ἀπολέσας ἢ ζημιωθείς. *cf.* Matth. 16, 26 animae suae *p. 840, 78.* Marc. 8, 36 *p. 840, 67*). RVFIN. Adamant. 5, 8 *materiae corporales non possunt* sui -a sentire (ἀναλωθῆναι). ZACCH. 1, 25 luna sui patitur -um. *pro genet. ponitur pron. poss.*: CIC. Phil. 2, 101 tua ista -a sunt, illa nostra. LENT. Cic. epist. 12, 5, 7 cum magno suo -o. PAVL. dig. 19, 2, 62 tuum erit -um. *genet. d e f i n i t i v u s*: CAES. civ. 3, 67, 2 eius diei -um sarcire. *genet. s u b i e c t i*: COLVM. 1 praef. 11 ignorantiae. QVINT. decl. 309 p. 216, 20 *iudices* emendaverunt contumaciae meae -um. PAPIN. dig. 33, 7, 3 fatalium. APVL. met. 6, 6 limae *cf. p. 837, 22.* HIL. trin. 4, 6 corporalium passionum. 7, 11 quia nativitas *Christi* non habet -um generandi, cum profectum teneat nascendi. SCHOL. Germ. Sang. p. 228, 20 cum *Phaethon* . . . sibi atque mundo concremationis -a conflaverit. HIER. epist. 51, 7, 4 i g n i s *cf. supra l. 23* (RVFIN. Adamant. 5, 8). PS. AVR. VICT. epit. 1, 12 *cf. p. 838, 83.* AVG. civ. 22, 15 gravioris ac senilis aetatis. gen. ad litt. 9, 3 p. 272, 21 vetustatis. CAEL. AVR. chron. 2, 9, 118 frustrantur (*i. hebetantur*) . . . frequenter *medicaminum* . . . qualitates, priusquam locis patientibus adveniant, itineris -o. BOETH. in Porph. comm. sec. 4, 5 p. 252, 19 remissionis *cf. p. 837, 68.* mus. 2, 18 superparticularis habitudinis. *cf. p. 837, 58.* COD. Iust. 10, 62 (66), 4, 1 muneris. *cf. p. 839, 4.*

iuncturae: 1 *n o m i n a t i v u s*: *intransitive*: TER. Hec. 234 de te quidem . . . peccando -i nihil f i e r i potest (*i. peior fieri non potes.* PLANC. Cic. epist. 10, 11, 2 COLVM. 12, 26, 2. PAVL. dig. 24, 2, 2, 1 si voluntate vectorum vel propter aliquem metum id -um factum est). CIC. fin. 1, 53 plus . . . i n ipsa iniuria -i e s t quam in iis rebus emolumenti quae *eqs.* (Att. 12, 6, 1 in collubo est detrimenti satis. *alio sensu infra l. 19*). CAES. Gall. 7, 52, 2 ne parvum modo -um . . . accideret (acciperet β). civ. 3, 73, 6 ut -um in bonum verteret (verteretur *O*). BELL. Alex. 60, 2 *cf. p. 839, 57.* QVINT. decl. 337 p. 328 fortasse etiam contulerint ista -a deliciis tuis (*i. adiumento fuerint*). IAVOL. dig. 19, 2, 37 a d locatorem . . . p e r t i n e t (IVLIAN. dig. 19, 2, 32). PAPIN. dig. 23, 7, 3, 1 augmenta fetuum et partuum, item -a fatalium fideicommisso contineri. IVST. 6, 1, 5 tamquam non ad unius summam imperii -um omne perveniat. HIL. trin. 4, 6 ne forte cadere in eum corporalium passionum -a credantur. FILASTR. 89, 5 dignitatis e s t . . . -um i n eo qui peccavit, non damnum salutis (PS. AVG. quaest. test. II nov. 61, 4 p. 457, 15 in eis, qui ab *deo* recedunt, -um est). *transitive*: SEN. dial. 6, 19, 3 non movent me -a mea.

2 *g e n e t i v u s*: VAL. MAX. 4, 8 ext. 2 subsidia -orum incursu quassatis erogabantur. SEN. benef. 7, 30, 1 -i tui tempora. *cf. p. 838, 35.* TAC. ann. 4, 64 tribuendo pecunias ex modo -i. SVET. Aug. 23 *cladem* maioris infamiae quam -i. TERT. patient. 7 p. 11, 16 *cf. p. 838, 77.* AMM. 14, 11, 26 incrementorum -orumque momenta. MART. CAP. 7, 731 *status cf. p. 837, 54.* LENT. Cic. epist. 12, 14, 5 mihi fuit ista provincia plena laboris, periculi, -i. aliquid, nihil -i *sim. v. sub 1 et 4.* CIC. Att. 12, 6, 1 -i satis.

3 *d a t i v u s*: e s s e: RHET. Her. 3, 7, 13 *cf. p. 839, 13.* 14. CIC. inv. 2, 100 magno futurum -o, si *eqs.* div. in Caec. 15 Verr. 4, 144 CAES. Gall. 1, 44, 5. SALL. Catil. 48, 2 alia belli facinora praedae magis quam -o fore. SEN. benef. 4, 36, 2 si *beneficium* . . . magno mihi aut -o aut rubori futurum *est.* PAVL. dig. 22, 6, 9, 3 iuris ignorantia. *cf.* TERT. adv. Marc. 5, 20 p. 648, 21 haec nunc -o sibi deputat. *alia*: CAES. Gall. 5, 52, 1 neque etiam parvulo -o illorum locum relinqui. TERT. patient. 7 p. 12, 20 gentilium est omnibus -is impatientiam adhibere. SEDVL. op. pasch. 4, 6 p. 259, 6 sermonis . . . subiacens -o.

4 *a c c u s a t i v u s*: a *de hominibus (vel rebus) ad quos -um pertinet i. q. accipere, pati*: c a p e r e: CIC. Catil. 1, 4 decrevit quondam senatus, ut . . . consul videret, n e q u i d r e s p u b l i c a -i c a p e r e t (Mil. 70 epist. 16, 11, 3 CAES. civ. 1, 5, 3. 1, 7, 5 SALL. Catil. 29, 2 or. Phil. 22 LIV. 3, 4, 9. 6, 19, 3 ex perniciosis consiliis M. Manli. *al.* TAC. ann. 4, 19 ne quod res p. -um caperet. *graec.* ἀποτριβῆν . . . συμβῆναι *Dio Cass. 32, 31, 2.* *cf.* PLANC. Cic. epist. 10, 24, 8 BRVT. Cic. epist. 11, 9, 1 SEN. dial. 6, 1, 4). CAES. civ. 3, 46, 4 veritus, ne . . . maius -um caperetur. PLANC. Cic. epist. 10, 18, 2 si quid Lepidus . . . -i cepisset. SEN. epist. 71, 10 olim provisum est, ne quid Cato -i caperet. COLVM. 1, 8, 2 FRONTO p. 42, 3 N. [*dub.*]. IVLIAN. dig. 8, 5, 18. accipere: CIC. Manil. 15 in ceteris rebus cum venit calamitas, tum -um accipitur. 67. Phil. 5, 34 provideant *consules*, ne quid r e s p u b l i c a -i a c c i p i a t (Att. 10, 8, 8 QVINT. decl. 326 p. 284, 10. EXVP. 7 ne res publica acciperet -um). inv. 1, 71 si quid . . . perfidia Karthaginiensium -i accepimus. CAES. Gall. 5, 52, 6. civ. 1, 71, 1 accepto -o. *saepius.* QVINT. decl. 326 p. 284, 10 civitas. acceptum referre: HIRT. Gall. 8, 38, 5 qui ei omnia pericula et -a belli accepta referebant. *alio sensu*: recipere: VLP. dig. 11, 3, 11 pr. verba edicti 'quanti ea res erit' omne -um recipiunt (*i. comprehendunt*). FAVST. REI. epist. 8 p. 209, 9 *cf. p. 837, 75.* suscipere: BOETH. in Porph. comm. sec. 4, 5 p. 252, 10 *cf. p. 837, 67.* f a c e r e (*i. q. accipere; alio sensu p. 841, 19*): CIC. Verr. 5, 20 res publica -um fecit. NEP. Cato 2, 4 non modo nullum -um existimationis fecit, sed, quoad vixit, virtutum laude crevit. ALF. dig. 39, 2, 43, 1 SEN. dial. 9, 17, 4. epist. 91, 20 num quid -i faceret vir bonus iniquis rumoribus sparsus? PAVL. dig. 17, 2, 17, 1 -um ab eo factum commune esse. AMBROSIAST. in Rom. 5, 6 *cf. p. 837, 47.* VVLG. Marc. 8, 36 quid enim proderit homini, si lucretur mundum totum, et -um animae suae faciat? (ζημιωθῆναι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ). Luc. 9, 25 sui. *cf. p. 836, 74.* Phil. 3, 8. *cf. p. 836, 79.* PS. AVG. quaest. test. II nov. 61, 2 hoc est ergo integrum non esse, quod est et -um facere. f e r r e: SEN. dial. 9, 8, 2 erras enim, si putas animosius -a divites ferre. perferre: CIC. Verr. 4, 228 TREB. Gall. 20, 3. h a b e r e (*i. q. pati, alio sensu v. p. 841, 29*): QVINT. decl. 317 p. 349 quantum res publica -i . . . amisso duce haberet. p a t i: VENVL. dig. 42, 8, 25 pr. quoniam magis -um non patitur, quam lucrum faciat. EPIST. praef. praet. ad Saepin. (Corp. IX 2438) 20 ne res dominica -um pateretur. ITALA exod. 21, 22 (Lugd., Aug. quaest. hept. 2, 80) -um patietur (ἐπιζήμιον ζημιωθήσεται, VVLG. subiacebit damno). VVLG. Matth. 16, 26 quid . . . prodest homini, si mundum universum lucretur, animae vero suae -um patiatur? (τὴν δὲ ψυχὴν αὐτοῦ ζημιωθῇ). I Cor. 3, 15 si cuius opus arserit, -um patietur. II Cor. 7, 9 ut in nullo -um patiamini ex nobis (ζημιωθῆτε ἐξ ἡμῶν). AVG. gen. ad litt. 9, 3 *cf. p. 837, 23.* serm. ed. Mai 182, 2 *cf. p. 837, 73.* CLAVD. MAM. anim. 2, 9 p. 135, 7 *Hilarius* sic sustinet reprehensionis stilum, quod non patitur -a meritorum. BENED. reg. 2.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

perpeti (*i. q. pati*): FILASTR. 82, 8. *i. q. perferre*: RVFIN. Adamant. 5, 8 *cf. p. 839, 21.* sentire (*plerumque debilitata propria verbi notione i. q. pati*): CIC. Verr. 4, 108 Centuripini, quod in omnium fere finibus possessiones habent, etiam ceterarum civitatum damna ac -a senserunt. SEN. epist. 122, 1 -um iam dies sensit. PLIN. nat. 33, 79 *Gaius* iussit excoqui magnum pondus *auripigmenti* et plane fecit aurum excellens, sed ita parvi ponderis, ut -um sentiret propter avaritiam expertus. FRONTIN. strat. 3, 17, 4. HIER. epist. 51, 7, 4 *cf. p. 839, 23* PELAG. in Rom. 1 p. 649ª *cf. p. 838, 63.* RVFIN. apol. adv. Hier. 2, 44 ne ... fidei suae sentiret -um. Adamant. 5, 8 *cf. p. 839, 69.* SVLP. SEV. dial. 3, 13, 5 fatebatur se ... -um sentire virtutis (*sc. facultatis daemoniacos curandi*). CLAVD. MAM. anim. 1, 3 p 28, 4 *deus* -a non sentit. praesentire: PETR. CHRYS. serm. 120 p. 529ᴮ nec *vir sanctus* sicut luna cotidiana lucis -a praesentit, sed iugi factorum lampade in ... claritate persistit. sustinere: FILASTR. 85, 2. 147, 1. LEO M. epist. 120, 1 nullum nos in fratribus -um sustinere permisit. trahere: VLP. dig. 19, 1, 13 pr. omnia -a, quae ex ea emptione emptor traxerit.

b *de causis vel auctoribus -i i. q. inferre*: facere *i. q. efficere*: CATO mor. frg. 3 *cf. p. 837, 19. cum dativo*: NICET. symb. 9 p. 47, 19 nec saluti meae damnum et fidei faciam -um. afferre: CAES. civ. 3, 72, 3 sibique ipsos multitudine atque angustiis maius attulisse -um, quam ab hoste accepissent. HIRT. Gall. 8, 10, 4 NEP. Att. 2, 3 rei familiari. VAL. MAX. 1, 6, 9 M. Marcellus ... aeque magnum dolorem ac -um patriae interitu suo attulit. COLVM. 1, 7, 1 ager. QVINT. decl. 259 p. 57 naufragium. AMBROSIAST. in I Cor. 4, 8 *opp.* lucrum. inferre: CAES. civ. 2, 2, 6 magnis ultro illatis -is. 3, 72, 4 HIRT. Gall. 8, 16, 4. conflare: SCHOL. Germ. Sang. p. 228, 20 *cf. p. 839, 78.* habere *i. q. afferre*: COLVM. 12, 20, 3 HIL. trin. 7, 11 *cf. p. 839, 77.* importare: CIC. de orat. 1, 38 *cf. p. 838, 26.* indicere: TERT. adv. Marc. 4, 17 p. 474, 9 fenori. infundere: IVST. 3, 5, 8 -a civitati. iniungere: PLANC. et BRVT. Cic. epist. 11, 13ª, 4 ne quod -um rei publicae iniungant.

c *de prohibendo vel emendando -o*: praecavere: TERT. pudic. 14 p. 249, 19. emendare: QVINT. decl. 309 *cf. p. 839, 75.* pellere: AMM. 30, 4, 19 ut ab insonte gladius vel calamitosa -a pellantur. pensare: POTAM. tract. 1 p. 1411ᶜ *cf. p. 839, 29* PS. AVR. VICT. epit. 1, 12 *cf. p. 838, 83.* compensare: GELL. 2, 17, 10 *v. p. 839, 36.* explere: IVST. 5, 4, 16 explent contumelias honoribus, -a muneribus, execrationes precibus. supplere *cf. p. 839, 50.* praestare: POMPON. dig. 10, 3, 20 (*cf.* ALF. dig 39, 2, 43, 1 *p. 838, 73*). reconciliare: CAES. civ. 2, 15, 4. remunerare: TERT. adv. Marc. 4, 21 *cf. p. 838, 57.* sarcire: CAES. Gall. 6, 1, 3 ut, si quid esset in bello -i acceptum, ... id brevi tempore sarciri (resarciri α) ... posset. civ. 1, 45, 2. 3, 67, 2 VLP. dig. 39, 2, 40, 1. resarcire: FRONTO p. 133, 12 N. nec properes ad -a virium resarcienda. CHAR. dig. 50, 4, 18, 16. vertere: CAES. civ. 3, 73, 6 (*lectio dubia cf. p. 840, 11*).

d *varia*: aestimare: TAC. ann. 6, 45. communicare: PAVL. dig. 14, 2, 2 pr. ut -um pro portione communicetur. contemnere: SEN. dial. 5, 43, 5. continere: *v. p. 840, 15.* ridere: HOR. epist. 2, 1, 121. tribuere: CAES. civ. 3, 73, 4 quod esset acceptum -i, cuiusvis potius quam suae culpae debere tribui.

5 *ablativus*: *causae*: HIRT. Gall. 8, 12, 7 nostri -o admonentur *eqs.* 8, 30, 2 ne -o (*fortasse* e -o) aut timore provinciae magna infamia ... latrociniis caperetur. BELL. Alex. 12, 1 eo -o adeo sunt fracti Alexandrini. 22, 1 *perturbari.* QVINT. decl. 283 p. 149 damno pecuniae moveris et -o famae (DICT. 2, 3 commoveri). APVL. met. 11, 1 imminui. *cf. p. 837, 33.* TERT. patient. 7 p. 11, 11 animus concitatur. BOETH. in Porph. comm. sec. 5, 22 p. 344, 4 *accidens* potest intentionis remissionisque cremento et -o variari. *instrumenti*: QVINT. inst. 11, 1, 10 brevi -o iam ultimae senectutis aevum saeculorum omnium consecutus. TERT. adv. Marc. 5, 5 p. 585, 25 humani generis offensam -o sapientiae ... multasse. PS. CYPR. spect. 9 *cf. p. 837, 45.* HIL. in Matth. 16, 11 ditescere nos dominus -o animae et corporis voluit. *pretii*: CAES. Gall. 7, 19, 4 quanto -o ... necesse sit constare victoriam (QVINT. inst. 10, 1, 41 ut ... magno temporis -o constet experimentum). LIV. 3, 60, 2 haud scio an ... magno -o certamen staturum fuerit. AVG. serm. 16, 2 p. 122 quid est redimere tempus nisi ... -o corporalium commodorum ad aeterna quaerenda ... spatia temporis comparare? *separativus*: RHET. Her. 2, 12, 17 *amplitudinem civitatis* non affeci, sed prohibui -o. *modi cf. p. 842, 6.* -o afficere: RHET. Her. 2, 12, 17 amplitudinem civitatis. Deiot. 8 affectum (*v. l.* afflictum) illum quibusdam ... -is. FEST. p. 347. TREB. Gall. 6, 7 de omnibus partibus mundi, cum eas amitteret, quasi -is vilium ministeriorum videretur affici, iocabatur. NOVELL. Iust. 37, 6.

6 *praepositiones*: ab: CIC. epist. 13, 50, 2 ut M'. Curium 'sartum et tectum' ... ab omni incommodo, -o, molestia sincerum integrumque conserves. absque: VEG. mil. 3, 25. ad: PAVL. dig. 37, 6, 2, 2 ad cuius -um ea pertinere debeant. cum: CIC. inv. 1, 5 summo cum rei publicae -o. Verr. 4, 19 p. red. in sen. 11 CAES. Gall. 6, 34, 7. 7, 83, 1 magno cum -o repulsi Galli (LENT. Cic. epist. 12, 5, 7 *Dolabellam* repulsum semper esse cum magno suo -o). PLANC. Cic. epist. 10, 24, 6 VAL. MAX. 4, 6, 4. FRONTO p. 212, 16 N. vel cum -o aliquo. POMPON. dig. 12, 6, 14 neminem cum alterius -o et iniuria fieri locupletiorem. SORT. Sangall. 38, 4. 7 *cf. p. 838, 79.* EXVP. 2. 6 *cf. infra l. 36* AVG. civ. 5, 22 PS. AVG. quaest. test. I 127, 31 *cf. p. 838, 46.* SVLP. SEV. Mart. 1 pr. 1 quid enim esset, quod non amori tuo vel cum -o mei pudoris impenderem? COLVM. 1 praef. 11 *cf. p. 838, 71.* *adde ablativum solum eodem sensu positum*: CIC. Brut. 4 nostro incommodo -oque ... doleamus. SALL. Iug. 54, 5 minore -o illos vinci, quam suos vincere. SEN. contr. 1, 2, 23 quaedam ... causae -o tacere. SEN. dial. 7, 19, 2 quanto id vestro -o audeatis. epist. 74, 7. de: SEN. epist. 70, 5 non tamquam de magno -o timet. ex: SVET. Aug. 71 ex magnis -is ... paulatim retractus est. IAVOL. dig. 24, 3, 66, 7 ex -o viri mulierem locupletari. CHROMAT. beat. 3 *cf. p. 839, 41.* in *c. accus.*: SEN. benef. 4, 20, 2 non libens in -a descendet? TERT. adv. Marc. 1, 27 p. 329, 15 salutis in -um abicietur. VVLG. Sirach 20, 9 est inventio (*i. commodum non speratum*) in -um (ἔστιν εὕρεμα εἰς ἐλάττωσιν). in *c. ablat.*: TERT. patient. 7 p. 12, 12 patientia in -is. ob: FEST. p. 434 *capitis* poenam qui persequerentur ob parvola -a, sycophantas appellatos. per: MACR. somn. 1, 11, 12 *cf. p. 837, 39.* SIDON. epist. 4, 16, 2 *non* ad incrementa scientiae ... per -a venistis alienae. propter: CIC. leg. 1, 51 eos ... propter damna aut -a ... miseros esse dicimus an *eqs.*? BELL. Alex. 72, 2. sine: LVCIL. 738 *cf. p. 838, 64.* VARRO rust. 1, 24, 3 RHET. Her. 4, 10, 14 CIC. Verr. 5, 20 Planc. 91 leg. 2, 67 off. 1, 51. CAES. civ. 3, 45, 6 si sine maximo -o legiones ... sese recepissent. 3, 46, 6 Q. CIC. pet. 45. POLLIO Cic. epist. 10, 33, 3 sine maximo rei publicae -o. LIV. 22, 33, 10 sine -o rei publicae abscedi non posse ab hoste. SEN. contr. 9, 1, 13 sine -o sensus. VELL. 2, 97, 4. PLIN. epist. 61, 3 lacus *cf. p. 837, 30.* FRONTO p. 64, 17 N. p. 212, 18 GAIVS dig. 5, 3, 39, 1 GELL. 5, 8, 7 *cf. p. 838, 13.* SOL. 23, 9 sine -o sui. *cf. p. 839, 19.* AVG. civ. 3, 16 quod sine ullo -o posset amittere.

adiectiva memorabilia: SEN. dial. 6, 12, 1 si nullas (*sc. voluptates*) percepisse te dixeris, tolerabilius efficies -um tuum. epist. 96, 3 -a continua. QVINT. inst. 11, 1, 10 brevi -o iam ultimae senectutis. FRONTIN. strat. 3, 17, 4 non leve. PAVL. dig. 17, 2, 17, 1 -um ab eo factum commune esse. CHAR. dig. 50, 4, 18, 26 fiscalia -a. TERT. adv. Marc. 4, 21 bonum *cf. p. 838, 58.* EXVP. 2 cum publico -o (*cf.* 6). HIL. in psalm. 68, 29 *lunare* (AVG. civ. 5, 6). AMM. 30, 4, 19 calamitosa -a. VEG. mil. 3, 25 absque gravi -o. MACR. somn. 1, 11, 12 tacita -a *i. quae vix percipi possunt.* *pronomen possessivum v. p. 839, 70.*

syn.: damnum, iactura, dispendium (*p. 837, 43*), amissio (*p. 839, 41*). *opp.*: emolumentum, auctus (*p. 838, 16*), augmentum, accessio (*p. 837, 28*), accessus (*p. 837, 31*), incrementum (*p. 837, 45*), adiumentum (*p. 838, 27*), lucrum, compendium.

deriv.: detrimentabilis, detrimentare, detrimentosus. *Ammann.*

1. dētrītus, -a, -um *v. sub* detero.

2. dētrītus, *abl.* -ū *m. a* deterere. VARRO ling. 5, 176 *v. p. 836, 84.* *L.*

dētriumpho, -āvī, -ātum, -āre *a* de *et* triumphare. GLOSS. ἐκθριαμβεύω. *i. q. debellare*: MIN. FEL. 25, 7 quos prostraverant, -atos *deos* colere coeperunt. TERT. apol. 27 illos numquam magis -amus quam cum pro fidei obstinatione damnamur. PS. CYPR. spect. 10 diabolum ... qui totum -verat mundum. AMBROSIAST. in Gal. 2, 21 *lex* secundam mortem -ans expoliare captivos *non poterat.* in Col. 2, 13 affigere ... cruci hoc dixit esse spoliare principatus et potestates publice et -are illos in Christo. *ibid.* quod est palam -ari a deo in Christo. *ibid.* ille -atur qui palam vincitur et spolia eius publicantur. *Graeber.*

dētrūdo, -sī, -sum, -ere *a* de *et* trudere. *formae*: PLAVT. Aul. 335 detrusti (*metro postulatur*, detrusisti *codd.*). LVCIL. 825 detrussus (detrursus *codd.*). CIC. Caecin. 47 detrussus (*cod. Tegerns.*). *de significatione*: CIC. Caecin. 49 *p. 843, 13.* GLOSS. ἀπωθῶ, ἀπωθοῦμαι. -it ἀπωθεῖται, depellit, excludit, eminat (eliminat?), propellit, repellit vel excludit, expellit. -unt depellunt, impellunt, abigunt, expellunt, liberant. -sus expulsus. inclusus (*v. p. 843, 45*). immissus, impulsus. *legitur apud* PLAVT. LVCIL. CIC. LVCR. SALL. VERG. OV. LIV. SEN. rhet. SEN. phil. LVCAN. SIL. TAC. SVET. APVL. *recentiores.* [*loci dubii et corrupti*: APVL. met. 9, 13 *p. 844, 5.* TERT. adv. Val. 2 p. 3, 2. 20 p. 198, 15. *falso legitur*: CAES. Gall. 2, 21, 5 *pars codd.* (*confusum cum* detrahere). HOMER. 729. *conicitur* GRAN. LIC. p. 23, 1.]

I *obiectum est homo*: **A** *proprie*: **1** *generatim*: **a** *i. q. trudendo, compellendo deicere*: PLAVT. Merc. 116 plenis semitis qui adversum eunt, aspellito, -e, deturba in viam. LIV. 2, 10, 10 impetu conabantur -ere virum *de ponte.* LAMPR. Comm. 11, 3 praefectum *praet.* suum Iulianum ... in piscinam -sit. *deicere, repellere ascendere conantem*: *de muro, vallo*: VERG. Aen. 9, 508 telorum effundere contra omne genus Teucri ac duris -ere contis (LVCAN. 6, 175 nunc sude, nunc duro contraria pectora conto -it muris). LIV. 28, 3, 7 qui erexerant ad murum scalas, ... furcis ad id ipsum factis -bantur. 38, 17, 9 M. Manlius ... scandentes in Capitolium -sit Gallos. TAC. hist. 4, 28. ann. 15, 4 Adiabeni cum promovere scalas et machinamenta inciperent, facile -si. *de nave*: SVET. Cal. 32 quosdam gubernacula apprehendentes contis remisque -sit in mare. DICT. 4, 43 *Aiax* multo sudore hostem ... navibus extra vallum -it.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

b *ex aliquo loco eicere*: CYPR. GALL. gen. 718 *Abraham* pariter -sit utrumque (*sc. Agar et Ismahel*). exod. 359 tum vero incumbunt omnes *Aegyptii* -ere plebem *Iudaeorum*. *cf.* ARNOB. nat. 5, 10 ipsos sibi spondebat deos caeli posse ab regione -ere. SVLP. SEV. chron. 2, 43, 4 adversariis ... ecclesiam nostris inde -sis obtinentibus. *de communione*: TERT. pudic. 18 p. 261, 11 cum ... talem prohibeat admitti et admissum a communicatione (ad communicationem *cod.*) -at. CANON. Migne 56, 700 a sacra communione.

2 *speciatim*: a *t. t. rei iudicialis, de possessione deicere*: CIC. Quinct. 28 de saltu agroque communi ... vi -itur. 84 'dominum ... invitum -ere non placet' (*edictum*). eum ipsum ... de praedio -i vetat. 89 (*ibid.* ex praedio). Tull. 29 (*formula*) unde dolo malo tuo ... M. Claudius aut familia ... eius vi -sus est. 45 Caecin. 47. 49 potestne -i quisquam, qui non attingitur? nonne, si verbum sequi volumus, hoc intellegamus necesse est, eum -i, cui manus inferantur? necesse est ... neminem statui -sum, qui non adhibita vi manu demotus et actus praeceps intellegatur. PAVL. dig. 41, 3, 4, 26 (27) si viam habeam per tuum fundum et tu me ab ea vi expuleris, per longum tempus non utendo amittam viam, quia nec possideri intellegitur ius incorporale, nec de via quis, id est mero iure, -itur. *cf.* CLAVD. 3, 191 *colonos* Laribus pellit, -it avitis finibus. 15, 198 veteres -it rure colonos. b *in re militari*: α *de superiore loco deicere, depellere*: BELL. Alex. 76, 1 ab ea parte cum in proclive -rentur hostes. LIV. 33, 7, 13 ne effusā -rentur fugā (*antecedit* depulsi ab iugo). TAC. ann. 2, 17 Cherusci *collibus* -bantur. RVF. FEST. 11 de arduis eos in plana -sit. *i. q. ascendere conantem reicere* (*cf. p. 842, 76*): LIV. 22, 28, 12 levis armatura Romanorum ... praeoccupatum inferiore loco succedens tumulum pulsa -saque. *supplendum equis*: TAC. ann. 6, 35 Hiberi prensare, -ere. *in imagine*: VATIN. Cic. epist. 5, 10 *cepi* arcem, ex qua me nives, frigora, imbres -erunt. CLAVD. 19, 21 mollis feminea -itur arce tyrannus et thalamo pulsus perdidit imperium. β *de quovis loco occupato*: DICT. 4, 2 Aiaces ... restantes -ere umbonibus. PS. AVR. VICT. epit. 33, 2. VEG. mil. 3, 4 occupare aliquem locum et, ne a contubernalibus -antur, scutis invicem obviantibus niti. 3, 20 ut ... sinistram partem circumeas et -endo atque supercurrendo ad hostium terga pervenias. *accedit notio regionis, finium*: LVCIL. 825 -ssus tota vi deiectusque Italia. VERG. Aen. 7, 469 -ere finibus hostem. ARNOB. nat. 7, 49 hostis ab Italiae possessione -sus est. CLAVD. 5, 309 -simus orbe te medio. *huc videtur pertinere*: SALL. hist. frg. 1, 118 neque -sus aliquotiens terretur. *sim. de venatione*: CLAVD. 24, 310 informes cavis ursos -it ab antris. *in imagine de temptatione propellenda*: CASSIOD. in psalm. 100, 11 suggestiones diabolicae ... debent ... abominabili execratione -i.

c *accedit vel praevalet notio puniendi, castigandi* (*cf. p. 844, 11*): *in carcerem, custodiam*: PAVL. dig. 4, 2, 22 qui in carcerem quem -sit, ut aliquid ei extorqueret. HEGES. 1, 20 in custodiam (1, 31, 2 AVELL. p. 451, 17. 452, 16 COD. Iust. 4, 20, 19 pr. *cf. p. 844, 73*). *in imagine*: AVG. gen. ad litt. 11, 25 p. 359, 11 peccatores angelos ... -sos tamquam in carcerem caliginis huius aeriae circa terras (*cf.* ITALA II Petr. 2, 4 [Iunil. 2, 17] carceribus caliginis tradidit eos, VVLG. *v. p. 832, 16*). *sim.*: SERM. Migne 13, 643^B in quodam oblivionis puteo -si sumus. *in imagine de anima in corpus inclusa*: TERT. anim. 35 *anima* -sa identidem in carcerem corporis. AVG. gen. ad litt. 6, 9 p. 181, 25 *animas* pro diversorum meritis peccatorum in diversa corpora esse -sas. retract. 1, 1, 3 putant animos humanos ... de caelo lapsos sive deiectos in corpora ista -i. *sim.*: CLAVD. 5, 487 hunc suis immundi pingues -it in artus (*de fabulosa transfiguratione*). *in exilium*: OV. Pont. 1, 8, 27 Scythicas -sus in oras. HIL. syn. 2 in quod (*sc. exilium*) me Saturninus ... erat. EXVP. 3 Marium in exilium impetu -sit armorum (SVLP. SEV. chron. 2, 45, 2 BOETH. diff. top. 1 p. 1477^B). PS. VICT. VIT. pass. 4 *cf. p. 844, 70*. GREG. TVR. Franc. 5, 18 in exilio est -sus. COD. Iust. 9, 18, 3 pr. in insulam. GREG. M. epist. 3, 9 exilio (8, 11). *ad inferos*: VERG. Aen. 7, 773 *Iuppiter* fulmine *Aesculapium* Stygias -sit ad undas (SIL. 15, 43 *Virtus* Decios Stygias Erebi -sit ad undas). TERT. resurr. 35 p. 77, 17 occiso ... corpore in gehennam et -so in tenebras exteriores (RVFIN. Adamant. 1, 13. *cf.* VVLG. Matth. 8, 12 eicientur, ἐκβληθήσονται). CLAVD. rapt. Pros. 2, 259 exul ad immanes Erebi -or hiatus. AVG. civ. 11, 33 p. 508 *angelos* in huius mundi ima -sos. FAVST. REI. serm. 12 p. 271, 5 adversario in inferni profunda -so. *alio sensu p. 844, 48*. *accedit sub c. accus.*: VERG. Aen. 9, 494 tuoque invisum hoc -e caput sub Tartara telo (OV. met. 12, 523 sub inania corpus Tartara -sum silvarum mole). ad, in poenam: CIC. Flacc. 94 nisi in eandem impiorum poenam optime meritos civis -erint. LACT. inst. 3, 29, 16 non statim ad poenam -sus a deo est. GENNAD. dogm. 79 ad poenam -antur aeternam *animae*. IVNIL. 2, 17 *cf. p. 844, 72*.

B *translate*: 1 *i. q. auctoritate, dominatione privare*: VERG. Aen. 6, 584 *gigantes* aggressi superis ... Iovem -ere regnis (CYPR. GALL. Ios. 272 Iesum -ere regnis). SVET. Iul. 29 difficilius se principem civitatis a primo ordine in secundum, quam ex secundo in novissimum -i. SVLP. SEV. chron. 2, 51, 5 episcopatu (COD. Iust. 1, 3, 14 episcopali loco). CANON. Migne 56, 645^A praevaricatorem sua auctoritate -ere. 56, 680 eos ... collegio sacerdotali -it. *absolute*: SVET. Iul. 23 ut *Crassus et Pompeius* -endi Domitii causa consulatum peterent. 2 *i. q. in deteriorem, iniquiorem condicionem conicere*: PLAVT. Aul. 335 *cf. infra l. 67*. Men. 204 ad mendicitatem. CIC. ad Q. fr. 1, 4, 4 quoniam in tantum luctum laboremque -sus es. TAC. ann. 14, 54 in paupertatem. APVL. met. 9, 13 ad ultimam salutis metam -sus summisso (metandem tru summisso *cod.*) capite maerebam. HIL. c. Const. 25 omnia in impietatem et reatum -isti. AVG. c. mend. 1, 1 emensus est annus atque in eas me -sit angustias. CYPR. GALL. Ios. 192. COD. Iust. 8, 51, 2 in servilem condicionem -si. *sim.*: TAC. ann. 13, 43 ad necessitatem civilis belli. ad *aliquem*: PLAVT. Aul. 335 hucine detrusti me ad senem parcissimum? 3 *ad vilia servorum officia relegare*: *indicatur locus*: PLAVT. Poen. 1152 quos ego iam -am ad molas. Trin. 551 isto (*sc. in agrum*) -i maleficos aequom videtur. TITIN. com. 176 rus -etur pedicosus squalidus. *sim.*: SEN. contr. exc. 10, 4 speciosissimum quemque ac maxime idoneum castris in ludum (*gladiatorium*) -unt (SEN. coniciunt). *in imagine*: CIC. de orat. 1, 46 repelli oratorem a gubernaculis civitatum ... ac tantum in iudicia et contiunculas tanquam in aliquod pistrinum -i et compingi videbam. *sim. de turpi officio*: SEN. benef. 2, 12, 2 *C. Caesar Pompeio Penno* porrexit osculandum sinistrum pedem ... invenit aliquid infra genua, quo libertatem -ret. *indicatur ipsum negotium*: CIC. de orat. 1, 130 qui non potest, qui vitiose facit ..., hunc ... ad id quod facere possit -endum puto. LABER. mim. 100 necessitas ... quo me -sit (*sc. ad mimorum actionem. cf.* CIC. off. 1, 114 sin aliquando necessitas nos ad ea -erit quae nostri ingenii non erunt). TAC. dial. 32 in paucissimos sensus et angustas sententias -unt eloquentiam velut expulsam regno suo. 4 *de sententia, iudicio*: *accedit unde*: CIC. epist. 14, 16 ii ... qui me de mea sententia -erunt. *accedit quo*: LVCR. 3, 362 sensus enim trahit atque acies (*i. oculos*) -it ad ipsas (*i. oculis, non animo nos cernere iudicare cogit*).

II *res corporeas* (*corpus humanum v. infra l. 48*): *strictiore sensu*: VERG. Aen. 1, 145 naves scopulo. AETNA 43 temptavere -ere mundo sidera ... gigantes. *latiore sensu i. q. nitendo deorsum movere*: CIC. nat. deor. 2, 135 *stomachus* ... motibus linguae cum depulsum et quasi -sum cibum accepit. LVCR. 6, 440 *nubem* simul ac gravidam -sit (detruit *codd.*, -dit *A' C*) ad aequora ponti *turbo*. 5, 639 qui (*sc. aer*) queat aestivis solem -ere signis brumalis usque ad flexus gelidumque rigorem (*cum hoc loco fortasse conferendum*: MACR. sat. 1, 21, 26 sagittarius ... ideo ex homine in feram per membra posteriora degenerat, quasi postremis partibus suis a superis in inferna -sus). AMM. 23, 5, 14 *fulmen* esse acrioris spiritus cursum ex aethere aliqua vi ad inferiora -sum. *i. q. -endo, deprimendo excitare*: CLAVD. 17, 316 magna levi -ens murmura tactu (*de eo qui hydraulum moderatur*). *i. q. defigere*: OV. met. 11, 73 pedum digitos ... traxit et in solidam -sit acumina terram. *arma sim. in corpus humanum*: APVL. met. 10, 25 *puellam* titione candenti inter media femina -so ... necavit. HYG. fab. 88 p. 85, 29 Pelopia gladium ... in pectus sibi -sit. *de sepultura*: TERT. anim. 56 sub terram -i. POTAM. tract. 1 p. 1413^B quem loculatum in specu ... immani obiectus ex pondere lapis perenni valva, gravis libra -erat. *cf.* MAR. VICTORIN. ad Iust. 8 (*appellatur caro*) iam non spe promissionis desolatā, imis -sā defluis consenescens. *de navibus quae ex alto ad terram appelluntur*: LVCAN. 9, 334 *naves malis privatas* ventis contraria volvens aestus ... obnixum victor -sit in austrum. APVL. met. 2, 14 navis ... ad ulterioris ripae marginem -sa praeceps demersa est. *per hypallagen de navigantibus*: TAC. hist. 2, 8 vi tempestatum Cythnum insulam -sus. VEG. mil. 4, 46 quia pugnandi impetum perdunt qui -untur in terras. *nota: i. q. recondere, dubia substantivi lectione*: AVIEN. Arat. 702 *delphis* -sae (-sas *A*) in (*om. VAe*) latebras procul Amphitrites ... perruperat. *i. q. detorquere*: CIC. Tim. 49 cum speculorum levitas ... dextera -sit in laevam partem oculorum laevaque in dexteram (*Plato p. 46^C* ἀπώσῃ, CHALC. deiecit).

III *de tempore i. q. differre*: CIC. Att. 4, 16, 6 fore aliquem, qui comitia in adventum Caesaris -at (ad Q. fr. 2, 11, 3 in mensem Martium).

iuncturae notabiliores: se -ere: PLAVT. Men. 204 qui quidem ad mendicitatem se properent -ere. TAC. ann. 14, 54 ne me in paupertatem ipse -am. *accedit dativus vel ablativus pro praepositione* in (*forma plerumque ambigua, dativi nullum certum exemplum*): MAR. VICTORIN. ad Iust. 8 *cf. supra l. 52*. PS. VICT. VIT. pass. 4 sacerdotum et ministrorum ... turbam ... exilio (*cf. p. 843, 63*) crudeli -sit. IVNIL. 2, 17 qui pro similitudine operum poenis similibus -untur. COD. Iust. 4, 20, 19 pr. non carcerali custodia -i ... eos ... censemus. *accedunt* de, ab *passim, abl. solus apud poetas velut* LVCIL. 825 *cf. p. 843, 37 et in translatione* (*cf. I A 2 a*). in *c. accus.*, ad *passim leguntur*, in *c. abl. p. 843, 51. 62*.

syn.: aspellere, deturbare (PLAVT.), deicere (LVCIL.), depellere (CIC.), pellere (LIV.).

deriv.: detrusio. *Ammann.*

dētruncātio, -ōnis *f.* a detruncare. GLOSS. ἀποκοπὴ ξύλον. [II 566, 17 amictorium -o (destructio *a*).] *legitur inde a* PLIN. nat. *i. q. abscisio, decurtatio*: *arboris eiusque ramorum sim.*: PLIN. nat. 17, 238 -o diximus quibus *arboribus* prodesset. 24, 57 -e ramorum. LEX Visig. 8, 3, 17 tit. si in fructibus animalia perventa

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quacumque aliquis -em (-e R^2) turpaverit. *hominis eiusque membrorum* (*l. 7 sq. fere i. q. trucidatio*): TERT. resurr. 57 cuiuscumque membri -o vel obtusio nonne mors membri est? (*de statuis*: CASSIOD. var. 7, 13, 3 decorem . . . foedant -e membrorum). AVG. c. Iul. 6, 18 quis . . . quodlibet membrum si voluntate sibi amputat, non amittit naturale incolumitatis bonum et sumit irreparabile -is malum. PROSP. c. coll. 21, 1 *Zosimus* ad impiorum -em gladio Petri dexteras omnium armavit antistitum. GREG. M. epist. 6, 58 quanta . . . nos a Langobardorum gladiis in cotidiana nostrorum civium depraedatione vel -e atque interitu patimur. 10, 20 quantas . . . -es quantasque crudelitates vidimus. *in imag.*: PRIMAS. in apoc. p. 825^D^ circumcisione carnalium -o vitiorum intellegitur.

dētrunco, -āvī, -ātum, -āre [*a* de *et* truncus *vel* truncare. *Th.*]. GLOSS. ἀποτραχηλίζω. -at ἀκρωτηριάζει. -atus ἠκρωτηριασμένος. *legitur inde a* LIV. *et* OV. [*loc. dub.*: HOMER. 729 (detrudunt *trad.*) CORIPP. Ioh. 5, 285.]

1 ***proprie et in imagine***: **a** *de arboribus sim. i. q. de trunco aliquid decidere vel sensu latiore i. q. arborem decurtare, amputare*: LIV. 21, 37, 2 arboribus . . . immanibus deiectis -atisque (COLVM. 5, 11, 14 arb. 27, 3). COLVM. 4, 22, 5 tales vineas supra quartum pedem -ant nihil reformidantes eiusmodi resectionem. 5, 6, 13 superiorem partem *arboris* -ari. PLIN. nat. 16, 123 cacuminibus *ramorum* decisis moritur *abies*, totis vero -atis durat. 16, 133 salice procidua atque -ata. 17, 138 -ata superficie *fici*. 17, 201 ulmus -ata. GELL. 19, 12, 9 homo miser imperitus vites suas sibi omnes et oleas -at. *adde*: ORIG. in I reg. 16 *iaculum* gladio spiritus -atum est. COD. Iust. 8, 10, 11 pr. Maeniana . . . nisi spatium inter se per decem pedes liberi aëris habuerint, modis omnibus -entur. **b** *de animantibus i. q. de corpore abscidere caput, membra sim. vel sensu latiore i. q. corpus mutilare, decurtare* (*accedit abl. l. 52 sq.*, ab *l. 58*): LIV. 31, 34, 4 gladio Hispaniensi -ata corpora bracchiis cum humero abscisis aut tota cervice desecta, divisa a corpore capita . . . viderunt (CHROMAT. in Matth. 9, 2). OV. met. 8, 769 caput (COD. Theod. 1, 16, 7 armata censura, quae nefariorum capita cervicesque -et. *cf.* CORIPP. Ioh. 8, 593). SEN. dial. 5, 17, 3 cum oris -ati mutilatique deformitas humanam faciem perdidisset. 6, 17, 5 *Dionysius* alios uret, alios verberabit, alios ob levem offensam -ari iubebit. PLIN. nat. 11, 54 si quis alam *regi apium* -et. VAL. FL. 3, 145 *Nestor* prensum . . . manu -at Amastrum. FLOR. epit. 4, 12, 11 *Delmatas* Marcius consul incensa urbe Delminio quasi -arat. APVL. met. 8, 31 femus *asini* ad similitudinem perditi *cervi* -atum (*coni. Rohde*, detractum *cod.*). TERT. apol. 30 gladii guttura -ent. LACT. inst. 6, 6, 17 *Pompeius* a spadonibus Aegyptiis -atus. mort. pers. 36, 7 confessoribus effodiebantur oculi, amputabantur manus, pedes -bantur, naves vel auriculae desecabantur. OPTAT. 3, 4 p. 82, 21 occisi sunt plurimi et -ati sunt multi. RVFIN. Orig. in exod. 10, 4 ut . . . percussor omnibus -atis membris a corpore excidatur ecclesiae (PRVD. perist. 10, 1060 quando vosmet ipsi exciditis votivus et cum membra -at dolor). AVG. c. Iul. 3, 1, 4 errorem vestrum . . . Pelagii lingua tamquam prostrati et iacentis gladio -vit. PS. AVG. serm. 205, 2 (*in imag.*) ut *Saulus* homines fidei nostrae occideret et germinantem fidei campum manu nefaria -ret. HESYCH. in lev. 5, 1—13 p. 834^B^ *Herodes* Ioannem Baptistam capite -vit (VICT. VIT. 2, 15. PETR. CHRYS. serm. 169 p. 643^B^ [*in imag.*]). PROSP. sent. 350 (*in imag.*) duobus . . . verbis duae simul haereses -antur (*ibid.* perculit, stravit). CYPR. GALL. exod. 847 pedem. iud. 590 ter denos *hostes* -at. LEO M. epist. 31, 4 (*in imag.*) ut omnes haereticorum opiniones . . . possint gladio -ari. ALC. AVIT. carm. 5, 330 -atae dispendia gentis. CASSIOD. art. 7 p. 1218^D^ (*in imag.*) *Basilius* ab animis hominum . . . curas sanctissima disceptatione -ans. IORD. Rom. 319. GREG. TVR. Franc. 2, 4 *Athanaricus* multos christianorum . . . gladio -bat. 7, 46. GREG. M. moral. 8, 67 cum fortasse corripitur *hypocrita* quasi in opinionis gloria -atur. 18, 24 in Ezech. 2, 6, 22. 2, 10, 24 -atis . . . manibus. ISID. orig. 12, 1, 39 *asini* testiculos pullorum morsu -ant. *sim. de statuis*: AMPEL. 15, 12 *Alcibiades* propter -atos . . . Mercurios reus factus. *per iocum de cibo devorando*: APVL. met. 1, 19 ut satis -verat cibum, sitire impatienter coeperat.

2 ***translate*** *i. q. amputare, tollere, delere*: TERT. patient. 7 quod . . . nobis appetere minime opus est, quia nec dominus appetivit, -atum vel etiam ademptum non aegre sustinere debemus. HIER. in Matth. 10, 9 p. 58 qui divitias -at (-arat *vulg.*), propemodum et necessaria vitae amputat. adv. Rufin. 1, 7 si propter simplices noxia quaeque -as. 2, 39 in Iob *libro*, cui si ea quae sub asteriscis addita sunt subtraxeris, pars maxima -bitur. 3, 5 si error esset in verbis aut in paucis sensibus, possent -ari mala et bona pro his reponi. 3, 11 polliceris -atis malis et quae ab haereticis addita fuerant, optima remansisse. AVG. in psalm. 54, 6 homo ambit auferre tibi et -are aut evertere felicitatem, qua vincitur. PS. AVG. serm. 120, 1 ad feminam causa revertitur et origo per originem -atur. VINCENT. LER. 23 nefas est, ut commutentur *dogmata*, ut -entur, ut mutilentur. PETR. CHRYS. serm. 22 p. 261^B^ fluxam carnis -emus ignaviam. ISID. epist. 12, 10 libros Etymologiarum etsi -atos corrososque (*i. imperfectos*).

deriv.: detruncatio. *Graeber.*

dētrūsio, -ōnis *f. a* detrudere. *i. q. deiectio*: HIER. in Is. 24, 21 p. 338 -em in lacum.

dētudēs esse detunsos (detonsos *trad.*), deminutos PAVL. FEST. p. 73. *cf.* GLOSS. II 47, 19 -es μιανθέντες. *cf. c.* detundere.

dētuitio, -ōnis *f.* [*a* de *et* tueri, tuitio. *Th.*]. CHALC. comm. 239 aiunt videre nos vel tuitione, quam phasin vocant, vel intuitione, quam emphasin appellant, vel -e quam paraphasin nominant. *cf.* 242 *paraphasis* provenit, quotiens non in cute speculi, sed introrsum et tamquam in penetralibus simulacrum invenitur obumbrante aliqua nigredine *eqs.*

dētumēsco, -uī, -ere *a* de *et* tumescere. *i. q. tumere desinere, mitigari, defervescere, proprie et translate*: PETRON. 17, 3 *v. p. 819, 10.* 109 odia -unt. STAT. Theb. 3, 259 stagna lacusque sonori -uere (CHALC. transl. p. 22^E^). 5, 468 -uere animi maris. AMM. 15, 8, 7 colla superbarum gentium -ent. SCHOL. Stat. Theb. 5, 116 propter quem *uterum*, partu ut -ant (*vel* -at *trad.*), vota suscipiuntur. PRVD. perist. 10, 145 quibus *insignibus* tumetis moxque -itis. AVG. in psalm. 29, 2, 7 mus. 6, 9, 24. LEO M. serm. 39, 5 -at superbia. 45, 4 severa in subditos imperia -ant. PROSP. in psalm. 103, 27 *opp.* superbire. GREG. M. moral. 6, 52 carnis incentiva -unt. *additur* ab: AVG. epist. 112, 3 ab omni inani fastu omnino -ens. 118, 15 cessans atque -ens a iactatione atque inflatione. PETR. CHRYS. serm. 110 p. 504^A^ philosophus ab opinionibus suis spumosis et inanibus -at. GREG. M. dial. 3, 6.

dētundo, -nsus, -ere *a* de *et* tundere. [LVCIL. 578 PROB. app. gramm. IV 199, 1 *v. sub* detondeo *p. 818, 57. 76.*] PAVL. FEST. p. 73 *l. 1.* p. 74 defrensam detritam atque -nsam (detonsam *trad.*). GLOSS. -nsi deminuti. *i. q. contundere*: APVL. met. 2, 32 digitis pedum -nsis ob lapides.

dēturbo, -āvī, -ātum, -āre *a* de *et* turbare. NON. p. 101 -are: deicere, demovere. CLAVD. DON. Aen. 6, 412 -are est terroribus propellere ac removere. GLOSS. καταθορυβῶ. -at ἀπωθεῖ, καταβάλλει. expellit. -are depellere. deicere. V 663, 47 praecipitem -vit *sine interpr.* *legitur inde a* PLAVTO. [*dub.* COMM. instr. 2, 20, 22.]

1 ***proprie*** *de loco i. q. detrudere, deicere* (*adduntur* ab, de, ex, *abl.*; in *c. acc.*, *dat. l. 67*): **a** *aliquem*: PLAVT. Merc. 116 simul autem plenis semitis qui adversum eunt: aspellito, detrude, -a in viam (Mil. 161 huc -atote in viam). Mil. 334 -bo iam ego illum de pugnaculis. NOVIVS Atell. 88 -a te ⟨de⟩ saxo. VARRO Men. 494 de ponte in Tiberim. CIC. Vatin. 34 *quaesitorem* vi (*sc. de tribunali.* CAES. civ. 3, 21, 2 eum de tribunali). LVCR. 5, 401 Phaethonta . . . -vit equis in terram (*cf.* LIV. 35, 35, 18 transfixo equo tyrannum -at. CVRT. 8, 14, 16. STAT. Theb. 6, 485 ipsum fracto curru -at. DICT. 4, 3. AMM. 27, 1, 4 equo. RVFIN. hist. 4, 15, 16 eum vehiculo [καθαιρεῖν]). VERG. Aen. 5, 175 in mare praecipitem puppi -at ab alta. 6, 412. LIV. 5, 47, 4 Gallum . . . umbone ictum -at. SIL. 15, 723 profligatumque sagitta (sagittae *codd.*) lancea (*res personata*) -at Morinum. SVET. Otho 7 -ari expellique. FLOR. epit. 1, 1, 5 patruum ab arce -at (*in imag. i. q. regno expulit*). CAPITOL. Max. Balb. 30, 6. PS. APVL. Ascl. 28 *animam* desuper ad ima -ans *daemon.* LACT. inst. 5, 16, 10 (*ex* CIC. rep., *verbis tamen non accurate servatis*) *illum* tabulā -bit . . . *illum* deiciet ex equo (epit. 51, 5 *bis* -bit *c. abl.*). mort. pers. 44, 9. PALLAD. 7, 7, 1 fucos . . . a sedibus suis. DICT. 5, 16. VEG. mil. 4, 39 non solum classes a pelago, sed etiam commeantes a terrestri itinere. RVFIN. hist. 6, 3, 1. 6, 5, 3. MAR. MERC. Cael. 3, 1 omni Italia. 4, 5 venerabilibus locis. *speciatim in re militari i. q. hostes loco deicere, profligare* (*cf. supra l. 35*): CAES. Gall. 5, 43, 7 lapidibus coniectis *hostes* -ati turrisque succensa est. 7, 86, 5 ex turribus propugnantes -ant. civ. 3, 67, 4 Pompeianos ex vallo (LIV. 3, 22, 7 vallo. HOMER. 764 valloque catervas -ant). BELL. Afr. 39, 1 praesidium inde. SALL. hist. frg. 2, 87 A 19. 2, 108 moenibus. LIV. 10, 41, 14. 25, 13, 14. 31, 39, 15 trepidos ex praesidiis stationibusque Macedonas -ant. 38, 19, 4. 38, 22, 3. 41, 18, 13. CVRT. 3, 7, 7. 6, 5, 12 ex collibus. 7, 11, 27. 8, 12, 2. 9, 5, 14. SIL. 7, 715 iuvenis circumdata Poenum agmina -at gladio. PS. FRONTIN. strat. 4, 7, 12 -atis ex ea (*classe*) Poenis. TAC. hist. 3, 29. 30. 4, 71 -ati (*de colle*) ruinae modo praecipitantur. ann. 4, 51 DICT. 4, 17. **b** *aliquid*: PLAVT. Capt. 914 -vit totum cum carne carnarium. Rud. 78 cuius *villae* -vit ventus tectum et tegulas (87 de tecto tegulas). CIC. Verr. 5, 90 statuam (Pis. 93). ad Q. fr. 3, 9, 7 aedificium. VERG. Aen. 10, 554 caput orantis . . . -at terrae. SEN. nat. 2, 6, 5. COLVM. 4, 27, 2 vinitor . . . umbras compescet ac supervacuos pampinos -bit. TERT. nat. 1, 7.

2 ***translate***: **a** *aliquem de opinione, condicione sim. removere, deterrere*: CIC. Quinct. 77 de fortunis omnibus P. Quinctius -andus est (95 fortunis omnibus). 83 de possessione (epist. 12, 25, 2 neque solum spe, sed certa re iam et possessione -atus). Mur. 79 consulem . . . de custodia civitatis. Pis. 46 suam quemque fraus . . . de sanitate ac mente -at (*cf.* GELL. 6 [7], 3, 12 ne patres gaudio atque laetitia rerum prospere gestarum de statu mentis suae -ati non satis consiperent. AMM. 29, 1, 36 de statu robustae mentis). epist. 5, 7, 1 ex magna spe (*cf. l. 73*) -atos iacēre. GELL. 8, 9 tit. quod Theophrastus . . . verba pauca . . . facturus -atus verecundiā (*i. perturbatus*) obticuerit (*cf.* PASS. Theclae 40 p. 115, 6 cum illa intellexit -ari [turbari *al.*] Paulum). LACT. mort. pers. 34, 3. MAR. VICTORIN. rhet. 1, 3 p. 166, 32 sapientes illi -ati (*i. deterriti*) ea quae gerere consueverant, scribere coeperunt. VVLG. I Macc. 8, 13 quos autem vellent, regno -bant (μεθιστῶσι. RVFIN. hist. 7, 23, 3 *Gallienus* simul . . . atrocem

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1 *i. q. actio devorandi*: **a** *proprie*: HIER. hom. Orig. in Ezech. 4 p. 923 aiunt enim Iudaei, si quando lupi homines devoraverint ... istiusmodi -es ex dei indignatione descendere. in Ion. 2, 1 p. 405 *mors in ceti imagine praefigurata* quantum in -e laetata est, tantum luxit in vomitu. 3, 1—2 p. 415 *de Iona*. VVLG. Tob. 12, 3 me ipsum a -e piscis eripuit. RVFIN. hist. 3, 36, 8 *bestias* invitabo ad -em mei. EVSTATH. Bas. hex. 7, 3 p. 938ᶜ *pisces* plurimi ... -e satiantur alterna. PASS. Theclae epit. 4, 3 accepit eam custodiendam, traditura integram ad -em ferarum. **b** *translate*: *i. q. peremptio, pernicies, oppressio*: TERT. pudic. 14 cui -o (*i. condemnatio*) ex maerore nimio timebatur. resurr. 54 p. 112, 22 *cf. p. 875, 84*. HIER. in Matth. 26, 51 p. 222 quod Malchus, id est rex quondam populus Iudaeorum, servus factus sit impietatis et -is. CASSIAN. inst. 5, 22 fratrum perniciosa -o. 7, 10 cum ... pecus (*i. pecunia*) -i facilem contubernii privatione reddiderit *monachum*. *nota singulari translatione de libidine venerea*: FVLG. myth. 2, 9 Scylla ... in modum ponitur meretricis ... iuste ergo lupis et canibus mixta (*antecedit* inserta), quia nescit sua alienigenis -bus saturare secreta (*i. muliebria*). 2 *metonymice i. q. esca, pabulum* (*proprie et in imagine*): ITALA num. 14, 9 (Lugd.) nolite timere populum terrae huius, quoniam -o vobis erint (κατάβρωμα, VVLG. *v. p. 874, 55*). Ezech. 34, 10 (Ps. Cypr. ad Novat. 14) et non erunt eis amplius oves meae in -em (εἰς κατάβρωμα, VVLG. in escam. *cf.* VVLG. deut. 31, 17 erit in -em [ITALA Lugd. comestio, κατάβρωμα]: invenient eum omnia mala et afflictiones. Ezech. 34, 5 *oves* factae sunt in -em omnium bestiarum agri. 34, 8. LIB. iubil. 23, 22 et dabit illos ... in direptionem et in -em). LACT. inst. 4, 20, 9 'facta est ... hereditas mea sicut leo' (ITALA *et* VVLG. Ier. 12, 8) id est praeda et -o facta sum heredibus meis. HEGES. 5, 2 l. 43 escae volatilium et -o canum. *in interpretatione vocum hebraicarum*: HIER. quaest. hebr. in gen. p. 22, 5 Bale ... κατάποσις, id est -o dicitur. RVFIN. Orig. in num. 14, 4 Balach ... qui exclusio vel -o interpretatur (Ps. AVG. serm. 33, 3. *cf.* HIER. in Mich. 6, 5 *p. 876, 77*).

dēvorātor, -ōris *m. a* devorare. GLOSS. καταπότης, καταφαγᾶς. -um gluttonum. [*conicitur* MART. CAP. 1, 87.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1 *proprie:* *i. q. homo edax*: PROB. cath. gramm. IV 10 lurcho ... significans ganeonem nepotem -em. SCHOL. Hor. sat. 2, 3, 166 *Balatro* fuit ... tantus -r, ut simili vitio laborantes balatrones dicti sint. VVLG. Luc. 7, 34 venit filius hominis manducans et bibens, et dicitis: ecce homo -r (φάγος) et bibens vinum. PALLAD. hist. mon. I 6 p. 276^B -r ac ventris cultor. ASSVMPT. Moys. 7, 4 homines ... omni hora diei amantes convivia, -es, gulae. *accedit genet. obi.*: VVLG. sap. 12, 5 comestores viscerum hominum et -es sanguinis a medio sacramento tuo (ACT. Archel. p. 25, 1 sanguinis et carnis). PALLAD. hist. mon. I 9 p. 281^C solius panis -es (*ludibriose de monachis*). *nota i. q. is qui aliquid devoravit*: TERT. resurr. 32 p. 71, 1 *cf. infra l. 80.* AMBR. hex. 5, 5, 13 usu venit, ut ... in unum ventrem uterque conveniant cum -e proprio devoratus *piscis. cf. allegoriam infra l. 22.* 2 *translate i. q. perditor, perniciei auctor*: HIER. in Os. 2, 7 p. 75 comederunt daemones robur eius: isti sunt ... hostes ... christianorum, et ipse nescivit, adversarios amicos putans et -es suos arbitrans esse convivas. PASS. Tarach. 7 impius -r servorum dei. *de diabolo*: AVG. serm. 210, 6 ne nos ... ille rugiens -r inveniat (*cf.* VVLG. I Petr. 5, 8 *p. 874, 31*). GREG. M. in euang. 25, 8 per Leviathan ... ille -r humani generis designatur. ... *divinitas Christi* quasi hamus ... fauces glutientis tenuit, dum in illo esca carnis patuit, quam -r appeteret (*cf.* moral. 33, 14). *f.* **dēvōrātrīx**, -īcis. *substantive*: PORPH. Hor. epist. 1, 13, 10 lamiae ... dicuntur -es puerorum. VVLG. Ezech. 36, 13 -x hominum es, et suffocans gentem tuam; propterea homines non comedes amplius (*appellatur Israel. cf.* HIER. *ad l.* p. 420). EVSTATH. Bas. hex. 9, 5 p. 961^C *bestiae*, quae -es sunt aliarum, steriliores habentur. *adiective i. q. vorax*: FAVST. REI. serm. 27 p. 330, 20 velut cum Iona in illius -is atque immanis bestiae faucibus constitutum *Augustinum* (*allegorice de mundi periculis*). VEREC. in cant. 2, 24 ut bestias eis -es immitteret *deus*.

dēvōrātōrius, -a, -um *a* devorator, devorare. *i. q. perniciosus, delendo aptus, cum genetivo obiecti*: TERT. idol. 1 post talia crimina, tam exitiosa, tam -a salutis. EVSTATH. Bas. hex. 3, 5 p. 896^A quae ... contraria sibimet atque alternae substantiae -a scimus esse. *subst. n.* **dēvōrātōrium**, -ī. *i. q. fauces, rictus*: AMBR. epist. 4, 5 ut aculeum mortis hebetaret, -um eius obstrueret.

✱**dēvoro**, -āvī, -ātum, -āre *a* de *et* vorare. NON. p. 98 -are: absumere, eripere (*male intellexit* ACC. praetext. 15 animam -o [*pro* devovero] hostibus. *cf. p. 882, 10*). GLOSS. καταπίνω. κατεσθίω. -at gluttit. -are adsumere (abs-?). -bit καταφάγεται. *legitur inde a* PLAVTO *per totam latinitatem, deest* TER. LVCR. CAES. SALL. NEP. VERG. HOR. TIB. PROP. LIV. SEN. rhet. LVCANO CALP. ecl. STAT. SIL. TAC. PLIN. epist. IVV. SVET. *saepius occurrit in libris ad medicinam pertinentibus* (*cf. II A 2 d*), PLIN. nat. ITALA VVLG. (*nonnullis locis* ITALA -are, VVLG. comedere, manducare, absorbere *cf. l. 84. p. 874, 28. 44. 875, 50. 877, 27. 878, 3. 13. 42*). [*loci dubii*: CIC. Brut. 283. APVL. met. 9, 21 *v. p. 868, 59.* MIN. FEL. 28, 7 (decoratis *Rigaltius*). PELAG. in Rom. 7 p. 678^B SCHOL. Cic. Bob. p. 42, 4. *conicitur*: PETRON. 141 (devoverint *trad.*).] [*it.* divorare, *francog. vet.* devourer, *hisp.* devorar. *M.-L.*]

I *subiectum est* **bestia**, *i. q. edere, gluttire*: CATO agr. 71 dato *bovi aegro* unum ovum gallinaceum crudum; integrum facito -et (SEN. epist. 72, 8 quidquid excepit *canis*, protinus integrum -at. PELAGON. 69 hordeum integrum -at *equus*). VAL. MAX. 6, 9 ext. 5 *anulum Polycrates* recuperavit capto pisce, qui eum -verat. PHAEDR. 1, 8, 4 os -atum fauce cum haereret lupi. 1, 23, 7 *mustela mures*. app. 23, 2 *serpens lacertam* -are patula cum vellet gula. PLIN. nat. 8, 29 terram edisse *elephantis* tabificum est, nisi saepius mandant, -ant autem et lapides (28, 296 cervas ... lapillum -are. *cf.* 29, 69). 8, 72 crocotas ... omnia dentibus frangentes protinusque -ata conficientes ventre (10, 2 concoquendi sine dilectu -ata mira *struthocameli* natura). 9, 145 scolopendrae ... hamo -ato omnia interanea evomunt, donec hamum egerant (*syn.* glutire). 9, 146. 10, 115 *avis* cum -atis se implevit conchis, calore ventris coctas evomit atque ita ex iis esculenta eligit, testas excernens (10, 197 *dracones* avibus -atis solidis ... plumam et ossa revomunt). 11, 91. 17, 99 *et saepius*. APVL. apol. 1 *steliones exuvias* -ant (*cf.* PLIN. nat. 30, 89 *p. 874, 22*). SOL. 10, 12 *grues* harenas -ant. 27, 4 *leones* carnes iusto amplius -atas ... insertis in ora unguibus sponte protrahunt. *al.* PELAGON. 138. VVLG. gen. 41, 4 -veruntque *boves macrae* eas, quarum mira species. exod. 10, 12 -et omnem herbam *locusta*. SVLP. SEV. epist. 3, 7 *mergi pisces*. BARNAB. 10, 4 quaerunt quomodo alienas carnes -ent (καταφάγῃ) *aquila accipiter corvus*. DRAC. satisf. 271 *leo* -at ... tauros. CASSIOD. in psalm. 101, 8 ne ... fetus *passeris* serpentinis ... -entur insidiis. *bestia -at hominem* (*vivum vel mortuum*): PHAEDR. 2, 3, 5 ne canes nos vivos -ent. SEN. clem. 1, 18, 2 -andos servos obiciebat muraenis, quas esurus erat. APVL. met. 7, 16 hospites ferinis equis suis lacerandos -andosque porrigebat. TERT. resurr. 32 p. 71, 1 nominantur bestiae et pisces ..., quo magis exprimatur resurrectio etiam -atorum corporum, cum de ipsis devoratoribus exactio edicitur (*antecedit* ITALA apoc. 20, 13 mandabo piscibus maris et eructabunt [ITALA Apring. *et* VVLG. *aliter, sed cf.* APRING. *ad l.* ne quis diceret bestiis -atos ... non posse resurgere]). HIER. in Ion. 2, 1 p. 405 et praecepit dominus ceto magno, et -vit Ionam (*ex* LXX καταπιεῖν, VVLG. ut deglutiret J. *cf.* EPIST. Paul. et Cor. II rec. B 29 Ionas ... -atus est a marina bestia. HIL. in Matth. 16, 2 SVLP. SEV. chron. 1, 48, 4). VVLG. gen. 37, 20 fera pessima -vit *Ioseph.* deut. 32, 24 -bunt eos aves morsu amarissimo. Tob. 6, 2. Ezech. 29, 5 bestiis terrae et volatilibus caeli dedi te ad -andum (39, 4). Dan. 14, 31. 41. SVLP. SEV. chron. 2, 7, 3 continuo -ati ferarum famem expleverunt. PASS. Petr. Paul. long. 27. *de monstrosis beluis*: OV. trist. 5, 2, 74 me Zanclaea Charybdis -et (SALV. gub. 5, 58 non sic pereuntes nautae Charybdis voracitate aut Scyllaeis canibus -antur). APVL. met. 5, 18 (*de serpente fabuloso*). PORPH. Hor. ars 340 *de lamia.* PRISCILL. tract. 1, 9 cor eorum datum est bestiae et carnes -buntur eorum (*ad* ITALA Dan. 7, 5 manduca carnes eorum [VVLG. comede]). VVLG. apoc. 12, 4 ut cum peperisset, filium *mulieris* -aret *draco* (καταφάγῃ). MART. CAP. 1, 70 draconem caudae suae ultima -antem. *de homine in bestiam mutato*: APVL. met. 10, 14. 11, 13 coronam avido ore susceptam ... -vi. *adde*: PLIN. nat. 10, 15 aquilarum pinnae mixtas reliquarum avium pinnas -ant. ITALA apoc. 17, 16 *cf. p. 875, 50.* VVLG. gen. 41, 7 *spicae* -antes omnem priorum pulchritudinem. exod. 7, 12 sed -vit virga Aaron *in anguem conversa* virgas eorum. *nota obiectum metonymice significatum*: PLIN. nat. 8, 111 angues ... et stelliones senectutem exuere itaque protinus -are (*cf.* 30, 89 quomodo praeripiatur ... membrana hiberna *stelioni* alias -anti eam). VVLG. gen. 41, 7 *cf. supra l. 17.* *subiectum metonymice expressum*: TERT. scorp. 8 Danielem ... usitata feritas leonum -asset. *deest obiectum*: VVLG. Is. 56, 9 omnes bestiae terrae venite ad -andum. Mal. 3, 11 et increpabo pro vobis -antem (*i. locustam*). *in comparatione et in imagine*: ITALA Is. 50, 9 (Barnab. 6, 2) quia omnes veterescitis tamquam vestimentum et tinea -bit vos (καταφάγεται, VVLG. comedet. *cf.* VVLG. Is. 51, 8 sicut lanam, sic -bit eos tinea). I Petr. 5, 8 (Cypr. zel. 1) diabolus tamquam l e o rugiens aliquid -are quaerens circuit (Hier. epist. 14, 4, 1 aliquem -are quaerens, VVLG. quaerens quem -et. ζητῶν τινα καταπιεῖν [*v. l.* τίνα καταπίῃ]. *cf.* VVLG. num. 23, 24 populus ut leaena consurget, et quasi leo erigetur: non accubabit, donec -et praedam et occisorum sanguinem bibat. Ezech. 19, 6 factus est leo, et didicit ... homines -are. 22, 55 sicut leo rugiens ..., animas -verunt). VVLG. Dan. 7, 23 bestia quarta, regnum quartum erit in terra ... et -bit universam terram et conculcabit et comminuet eam. Nah. 3, 15 peribis gladio, -bit te ut bruchus (*cf. p. 877, 82*).

II *subiectum est* **persona** (*pars corporis humani p. 875, 65. 73. 876, 20, anima l. 50, mens p. 875, 75, affectus p. 875, 77*): **A** *proprie et strictiore sensu*: **1** *generatim i. q. comedere*: PETRON. 44 asse panem quem emisses, non potuisses cum altero -are. MART. 7, 20, 15 sinu condit ... -ato capite turturem truncum *parasitus.* ITALA Ezech. 34, 3 (Tert. pudic. 7) pastores, ecce lac -atis (κατέσθετε, VVLG. comedebatis). CAPITOL. Gord. 21, 1 ut ... semper pomorum aliquid recentium -aret. VVLG. lev. 26, 16 frustra seretis sementem, quae ab hostibus -bitur. eccles. 2, 25 quis ita -bit (*i. opulenter cenabit*), et deliciis affluet ut ego? Is. 28, 4. Dan. 14, 12 *sacerdotes Bel* -bant ea *quae in mensa erant* (SVLP. SEV. chron. 2, 8, 8). IV Esdr. 8, 4 absorbe ergo, anima, sensum et -a quod sapit. SALV. gub. 1, 45 cum omnia avium pecudum bestiarum genera -emus (*syn.* comedere). PALLAD. hist. mon. I 7 p. 277^b. PASS. Andr. long. 6 cum sit *agnus* ... ab omni populo ... -atus. *in comparatione*: ITALA psalm. 13, 4 (Aug. civ. 16, 10 p. 141, 23) qui -ant populum meum in cibo panis? (κατέσθοντες, VVLG. sicut escam panis). VVLG. num. 14, 9 sicut panem ita eos possumus -are. **2** *speciatim*: **a** *i. q. gluttire (etiam de liquidis, aëre)*: *in descriptione anatomica*: CIC. nat. deor. 2, 135 *stomachi* partes eae, quae sunt infra quam id, quod -atur, dilatantur. PAVL. FEST. p. 271 rumen est pars colli, qua esca -atur. MACR. sat. 7, 4, 17 *superius ventris orificium* recipit -ata et in follem ventris recondit. 7, 15, 2 *Plato dixit* divisas esse vias -andis cibatui et potui, et cibum quidem per stomachum trahi, potum vero per ἀρτηρίαν ... fibris pulmonis illabi. *res in os ingestas*: CELS. 2, 6 cui ... cervix convertitur, ut -are aeque nihil possit. 4, 7 aeger non cibum -are, non potionem potest (MACR. sat. 7, 15, 17 ἀρτηρία ... si scissa fuerit, potus non -atur). 6, 9 vitandum est ne, quod haustum erit, -etur (*cf.* 6, 15). SCRIB. LARG. 199 hirudinem ... -atam et adhaerentem faucibus (MARCELL. med. 16, 95 expelli -atos sanguisugas). PLIN. nat. 13, 33 nec ut -etur corpus (*i. pomum palmae*), verum ut expuatur suco modo expresso (*cf.* 13, 72 mandunt quoque crudum decoctumque *papyrum*, sucum tantum -antes). 21, 176 *parthenii* folium aegri linguae subicere, ut mox in cyatho aquae -etur. 23, 20 non ultra gargarizationes et ne quid -etur. SVLP. SEV. Mart. 17, 6 si habes aliquid potestatis, hos (*sc. digitos in os daemoniaci insertos*) -a. MACR. sat. 7, 8, 7 *cur* sinapi et piper -ata nullam corpori inferant laesionem. 7, 12, 22 cur ... si quid *edulium* plus fervet, quam ut diutius possit mandi, ilico -amus. *adde*: OV. met. 8, 827 proque epulis tenues nequiquam -at auras *dormiens Erysicthon.* PLIN. nat. 26, 30 fumus per harundinem haustus et -atus. *humores in corpore procreatos:* CELS. 2, 6 qui -are salivam suam non potest. lacrimas, bilem *v. sub II B 2.* *per iocum*: PLAVT. Trin. 908 -vi nomen imprudens modo (*i. oblitus sum*). **b** *i. q. integrum gluttire frustum dentibus non comminutum*: PLIN. nat. 23, 141 *cerasia* si quis matutino roscida cum suis nucleis -et. 27, 70 *coccus Cnidius* in pane -atur, ne adurat gulam transitu. 28, 170 fimum *caprarum*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cerā circumdatum. 28, 199 leporis renes . . . -ari iubent . . . ita, ne dente contingantur (*cf.* 29, 42). AVG. civ. 7, 19 quasi qui glebam *Saturno pro Iove* opposuit ... non potius glebā semen operiendo fecerit illud diligentius -ari (*semen in interpretatione allegorica pro ipso Iove accipiendum. cf. l. 37. p. 877, 35*). c *i. q. avide vel immoderate haurire*: VAL. MAX. 3, 5, 3 avide ... abdomine -ato (APVL. met. 1, 19 optimi casei bonam partem avide -verat. MACR. sat. 7, 12, 21 ubi avide -atur, tunc multus aer cum edulibus infertur propter hiantium rictus et crebritatem respirandi [*syn.* vorare]). LACT. inst. 1, 21, 35 dum *Hercules*...alienos boves -at. VVLG. deut. 28, 51 -et *gens* fructum iumentorum tuorum, ac fruges terrae tuae. PAVL. MED. bened. 11, 1 more lupi rapacis . . . sacrificium . . . -bat. *per iocum*: PLAVT. Aul. 194 inhiat aurum, ut -et. Rud. 544 iam postulabas te ... totam Siciliam -urum insulam? *cf. translatum usum sub B 3.* d *medicamenta sim.* (*accedunt interdum notiones sub a, b descriptae*): CELS. 4, 10 laseris...paulum -are. 4, 15 catapotium (SCRIB. LARG. 87 catapotium, id est medicamentum, quod non diluitur, sed ita ut est -atur. MARCELL. med. 16, 27 tussienti tria catapotia -anda, id est transgluttienda, dato). *al.* 5, 25, 3 paululum aut -atur aut aqua diluitur et potui datur. *cf.* 5, 25, 12. SCRIB. LARG. 83 manducare et -are. 94 medicamentum quod per coclearium -atur. 165 per se commanducandus erit pastillus et -andus. *al.* PLIN. nat. 24, 126. 25, 21 *flos* -atus securos in totum annum a metu anginae praestat. 30, 19 ut, si quis cor *talpae* recens palpitansque -et, divinationes ... promittant. 32, 112 comitiales ... coagulum vituli marini bibunt cum lacte equino . . . . nec non aliqui per se pilulas -ant. *saepe.* MART. 5, 4, 2 fetere multo Myrtale solet vino, sed fallat ut nos, folia -at lauri. GARG. MART. med. 4. *cf. p. 874, 83 sqq.* e *res quae comedi non solent, quae cum taedio vel periculo comeduntur*: VELL. 2, 88, 3 vivo igni -ato. CELS. 3, 21 malagmata sua -ando . . . in exitium se praecipitavit. PLIN. nat. 10, 139 pestis . . . opimas aves et suopte corpore unctas -andi. 10, 142 a *filio Aesopi tragoedi* -atas diximus margaritas (*cf.* 9, 122 absorbendos dedit). APVL. met. 1, 4 circulatorem . . . spatham praeacutam mucrone infesto -asse. MIN. FEL. 30, 6 qui de harena feras -ant illitas et infectas cruore *eqs.* SOL. 30, 5 elephantos. HYG. fab. 139 p. 17, 6 *lapidem* Saturnus -vit (AVG. civ. 7, 9. 19 [*interpretatio Varronis*] et quod illi pro Iove gleba obiecta est -anda, significat...manibus humanis obrui coeptas serendo fruges. *cf. sequentia, ubi in Saturni persona terra intellegenda est, p. 877, 35*). VVLG. Ezech. 23, 34 epotabis *calicem* usque ad faeces, et fragmenta eius -bis. apoc. 10, 9 accipe librum et -a illum (κατάφαγε. 10, 10 -vi [ἔφαγον]. *cf.* HIER. epist. 7, 3, 1. *alludit* PAVL. NOL. epist. 45, 1 *cf. l. 70*). *carnem humanam*: OV. fast. 4, 200 *Saturnus* suam ..., ut quaeque erat edita, prolem -at immersam visceribusque tenet (PAVL. FEST p. 101 TERT. nat. 2, 12 COMM. instr. 1, 6, 9. LACT. inst. 1, 13, 2 *v. l. 51.* 3. FIRM. err. 12, 8. AVG. civ. 4, 17 *saepius*). TERT. nat. 1, 2 quanto...studio in caveam conveniretur depugnaturo aliquo, qui centum infantes -asset! 1, 15 anim. 33. ITALA apoc. 17, 16 (Primas.) decem cornua, quae vidistis in bestia: hi odient fornicariam . . . et carnes eius -bunt (φάγονται, VVLG. manducabunt). LACT. inst. 1, 13, 2 Saturnum et Opem ceterosque tunc homines humanam carnem solitos -are. VVLG. Zach. 11, 9 reliqui -ent unusquisque carnem proximi sui. RVFIN. hist. 1, 2, 19 usque quo procedente immanitate etiam -arentur ab alterutro (ἀνθρωποβορεῖν). *adde*: AVG. agon. 4, 4 *in doctrina Manichaeorum* gentis *tenebrarum* principes -verunt partem dei. *per iocum*: PLAVT. Asin. 338 iam -andum censes *hominem*, si conspexeris? Pseud. 1127 *cf. p. 876, 57.* *adde*: VVLG. Ezech. 16, 20 tulisti filios tuos et filias *tuas*, et immolasti *idolis tuis* ad -andum (*appellatur Ierusalem personata*). *subiectum metonymice significatur*: PLIN. nat. 15, 105 nec cessat in veneficiis vita (*i. vitae cultus*), dummodo omnia -et (*i. dummodo homines omnia -ent*).

B *latiore sensu et translate*: 1 *i. q. avide excipere*: *auscultando* (*cf.* NON. p. 454 -ari non solum cibus gutture, sed et vox auribus potest): PLAVT. Asin. 649 auscultate ... et mea dicta -ate. Poen. 968 quam orationem hanc aures dulcem -ant. CIC. Sest. 23 verbum ipsum omnibus animi et corporis ⟨sensibus⟩ -bat. TERT. resurr. 37, 10 sermo -andus auditu et ruminandus intellectu et fide digerendus. PAVL. NOL. carm. 17, 134 ferus ipse . . . auribus tantum pia -bit cantica (*antecedit mentio Ionae a ceto -ati*). *legendo*: CIC. Att. 7, 3, 2 qui illos libros -asti. HIER. adv. Rufin. 3, 26. PAVL. NOL. epist. 45, 6 in volumine -ando, quod postea voranti mihi et in ore et in ventre dulcissimum fuit (*cf.* VVLG. apoc. 10, 9 *seq. v. supra l. 41*). *cernendo*: MART. 1, 96, 12 spectat oculis -antibus draucos. IVST. 21, 5, 6 quod emere non poterat, oculis -are. *mente*: CVRT. 8, 6, 18 adeo pertinax spes est, quam humanae mentes -verunt.

2 *i. q. opprimere, de affectibus*: OV. fast. 4, 846 *rex* lacrimas introrsus obortas -at (*cf.* met. 13, 540 ipse dolor). SEN. dial. 6, 1, 2 gemitus -asti quidem, non tamen hilari fronte texisti (11 [12], 17, 1 dolorem obruere et -are gemitus. epist. 66, 29 sub tortore). QVINT. inst. 11, 2, 41 quaecunque aetas operam iuvandae studio memoriae dabit, -et initio taedium illud ... quasi eundem cibum remandendi. APVL. met. 2, 15 tandem denique -ato pudore (*cf.* 9, 19). TERT. resurr. 54 p. 112, 25 quia et illud apud apostolum positum est (*cf. p. 878, 13*) 'uti -etur mortale a vita'... devorationem quoque ad perditionem ... carnis arripiunt (*i. interpretantur*), quasi non bilem et dolorem dicamus -are, id est abscondere ac tegere et intra nosmet ipsos continere. HIER. in Ier. 4 pr. p. 968 dolorem silentio -ans (in Is. 26, 16 p. 354 reg. Pachom. praef. 2). *verba*: SEN. dial. 5, 14, 5 potest dici merito -asse verba *Praexaspes*. *i. q. non satis dilucide pronuntiare*: QVINT. inst. 11, 3, 33 *verborum* pars -ari, pars destitui solet. APVL. met. 11, 24 lacrimis obortis singultu crebro sermonem interficiens et verba -ans. *i. q. tolerare rem molestam*: CIC. Phil. 6, 17 expectate legatorum reditum et paucorum dierum molestiam -ate. Brut. 236 *ineptiae ac stultitiae* -andae nobis sunt. Att. 5, 1 etiam — dudum enim circumrodo, quod -andum est — subturpicula mihi videbatur esse παλινῳδία. ASCON. Mil. p. 44 ut, cum pusillum edissent dulcedinis, largiter acerbitatis -arent. APVL. met. 9, 41 tacitus iniuriam -ans (*cf.* HIER. c. Ioh. 14). AVSON. 404, 19 invitus ... -vi absentiae necessitatem. *sim.*: SEN. epist. 82, 18 ad *bona* pervenire ... -atā unius mali patientiā. *de peccatis i. q. neglegere*: HIL. in Matth. 24, 7 irridet eorum in colandis culicibus diligentiam, quorum in gluttiendis camelis esset incuria, peccata videlicet levia vitantium et gravia -antium (*cf.* VVLG. Matth. 23, 24 camelum ... gluttientes). VVLG. prov. 19, 28 os impiorum -at iniquitatem.

3 *i. q. per luxuriam consumere*: PLAVT. Truc. 569 *cf. p. 877, 6.* LVCIL. 672 -are se omnia ac deverrere. CIC. Verr. 2, 135 qui iam spe atque opinione praedam illam -asset (Flacc. 57 avulsum est praeter spem, quod erat spe -atum lucrum. dom. 60 cum ... omnium locupletium fortunas, omnium provinciarum fructus *eqs.* ... spe atque avaritia -asses. Att. 1, 16, 10 regis hereditatem. SALV. gub. 5, 74 praedam ... spe et cupiditate ardentissima -arat. *cf.* APVL. apol. 77 Prudentillae quadragiens praesumptione cassa -arat). Verr. 4, 177 -are omnem pecuniam publicam non dubitavit (Pis. 90 acceptam iam et -atam pecuniam ... evomere non poteras. PORPH. Hor. sat. 1, 2, 7 'cur ... stringat malus ingluvie rem' ... cur ... pecuniam -et). Phil. 13, 3 veterani ..., qui suis rebus exhaustis, beneficiis Caesaris -atis fortunas nostras concupiverunt. epist. 11, 21, 2 *Segulius* res novas quaerit, non quo veterem comederit ..., sed hanc ipsam recentem novam -vit. CATVLL. 29, 22 quid hic potest nisi uncta -are patrimonia? (MACR. sat. 3, 13, 6 Gurgitem a -ato patrimonio cognominatum). FLOR. epit. 4, 8, 5 praedā -atā. APVL. apol. 75 reliquit Rufius huic ... HS xxx -andum. TERT. adv. Marc. 3, 23 p. 417, 19 regionem eorum ... extranei -ant. LACT. epit. 46, 3 occupabunt orbem et partientur et -bunt (mort. pers. 26, 1). EPIST. impp. de Asia (Bruns fontes[7] p. 270) 1 actorum fraudibus -atum. HIER. epist. 45, 5, 1 tu te perdere existimas, quidquid in praesentia non hauseris, comederis, -aris. VVLG. Iob 20, 15 divitias, quas -vit, evomet (PS. RVFIN. in Os. 13, 15 ut nunc ideo *Sennacherib* vomere cogatur, quidquid per iniquitatem antea -verat). Marc. 12, 40 qui -ant domos viduarum (κατέσθοντες. *cf.* Luc. 20, 47). Luc. 15, 30 qui -vit substantiam suam cum meretricibus. CLAVD. 5, 323 vicissim promittunt...quas *quisque* -et urbes. SALV. eccl. 3, 48 opes suas aliis -antibus. PALLAD. hist. mon. I 9 p. 281[B] propriam domum -asti. *adde res personatas*: CIC. Pis. 48 cum partim eius praedae profundae libidines -assent. VARRO rust. 1, 8, 1 vineam . . . sumptu fructum -are. *i. q. depopulari, vastare*: VVLG. Ier. 8, 16 et -verunt terram et plenitudinem eius: urbem et habitatores eius. *subiectum res personata*: SIDON. epist. 7, 1, 1 circumiectarum ... spatia ... regionum regni minacis ... -vit impressio. *obiectum est homo per hypallagen*, *cf.* QVINT. inst. 8, 6, 25 a possessore quod possidetur, ut 'hominem -ari', cuius patrimonium -atur. PLAVT. Pseud. 1127 iam ad mordere hunc mihi lubet. :: iamne illum comessurus es? :: dum recens est, dum calet, -ari decet. PELAG. in Rom. 3 p. 659[D] plebem suam ...-antes. VVLG. II Cor. 11, 20 si quis vos in servitutem redigit, si quis -at (κατεσθίει. AMBROSIAST. *ad l.* quia contenti erant -ari res suas a falsis doctoribus). IV Esdr. 6, 57 istae gentes ... coeperunt dominari nostri et -are. *adde*: SALV. gub. 5, 18 quis locus est, ubi non a principalibus civitatum viduarum et pupillorum viscera -entur *eqs.*?

4 *i. q. pessum dare, extinguere*: VVLG. num. 24, 8 -bunt gentes hostes illius ossaque eorum confringent. deut. 7, 16 -bis omnes populos. Esth. 11, 11 exaltati sunt, et -verunt inclytos. psalm. 34, 25. prov. 20, 25 ruina est homini -are sanctos (SALON. in prov. p. 981[B]). Is. 9, 12 -bunt Israel toto ore. Ier. 2, 3. 5, 17. 51, 34 comedit me, -vit me Nabuchodonosor. Ezech. 35, 12 deserti, nobis ad -andum dati sunt. Os. 7, 7 -verunt iudices suos. 8, 8 Hab. 1, 13. 3, 14. PELAG. in I Cor. 9 p. 743[D] ne ... adversariis occasione accepta -antibus offendatis. *subiectum est daemon*: LACT. inst. 2, 16, 21 idcirco etiam humanas hostias excogitaverunt, ut quam multos -ent animas *inimici generis humani*. HIER. epist. 22, 4, 2 -ato Iuda *apostolo* (*sc. a Satana*). in Mich. 6, 5 p. 504 qui -are voluit et nostram congregationem elingere, verus Balac diabolus (*interpretatio nominis. cf.* APRING. in apoc. 2, 14 ISID. orig. 7, 6, 48). ISID. reg. monach. 16, 2 ore diaboli -etur. *adde rem personatam*: POMER. 2, 15, 2 *daemoniacae cupiditatis imperium* velut quaedam cadavera in pastum feris avibus bestiisque proiecta, captivos suos immundis spiritibus tradit, sed avidissimis mortiferorum criminum faucibus -andos. *deest obiectum*: VVLG. Zach. 9, 15 et -bunt et subicient lapidibus fundae. *addendum fortasse*: MAR. MERC. subnot. 2, 2 te ita sentientem -et Manichaeus.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

5 *i. q. eripere*: VARRO Men. 378 cum hic rapo (*sc. praetor*) umbram quoque spei -asset (*sc. si apud eum causam dixissem; conicitur* -assit).

III *subiectum est* ***res corporea*** (*accedunt locutiones figuratae infra l. 18. 65*): **A** *i. q.* *hiatu in se trahere*: **1** *aqua*: PLAVT. Truc. 569 meretricem ego item esse reor, mare ut est: quod des -at. VITR. 4, 1, 4 *Myus* olim ab aqua est -ata. SEN. dial. 6, 20, 6 Catonem si ... mare -asset. nat. 3, 27, 14 'nat lupus inter oves (OV. met. 1, 304) ...' non est res satis sobria lascivire -ato orbe terrarum. PLIN. nat. 4, 62. 6, 1. 10, 15 terras -ant aquae, flammas necant. FRONTO p. 62 N. maria naufragos -ent. AMPEL. 8, 9 Boeotiae lacus sacer, ubi Amphiaraus -atus [in eo lacu] est. TERT. pall. 2. PANEG. 9, 17 cum impios Tiberis hausisset, ipsum etiam ... idem Tiberis correptum gurgite -vit. SCHOL. Cic. Bob. p. 36, 9 Helicem et Buram sinus Corinthius -vit. VVLG. Hebr. 11, 29 -ati sunt *Aegyptii a mari* (κατεπόθησαν). *in imagine*: TERT. idol. 24 inenatabile excussis profundum est ..., irreparabile -atis hypobrychium. *adde*: PETRON. 76 uno die Neptunus trecenties sestertium -vit. SOL. 52, 7 *Gangis altitudo* mensuras centum pedum -at. **2** *terra*: OV. epist. 3, 63 -er ... subito telluris hiatu. VITR. 10, 11 propter ... viarum campestrem mollitudinem non confisus carris ne rotae -arentur (*i. in caenum demergerentur*). SEN. nat. 3, 19, 4 aliis *amnibus* semper in occulto cursus est, donec aliquo sinu terrae -entur. epist. 91, 9 quot oppida in Syria, quot in Macedonia *terra* -ata sunt? (PLIN. nat. 2, 194 urbibus ... -atis agrorumque tractu hausto). PLIN. nat. 2, 205 ipsa se comest terra: -vit Cibotum, altissimum montem *eqs.* ITALA deut. 11, 6 (Lugd.) aperiens terra os suum -vit illos *eqs.* (κατέπιεν, VVLG. absorbuit). CYPR. epist. 3, 1 hiatu terrae absorpti ac -ati. 75, 10 ut ... civitates ... dirupti soli hiatu -arentur. PANEG. 2, 12 si haustu terrae -etur. TREB. Gall. 5, 3 motu *terrae* ... multae fabricae -atae sunt cum habitatoribus (OROS. hist. 3, 3, 1 civitates abruptis locorum hiatibus -atae). HYG. fab. 71ᵇ p. 75, 8 Amphiaraus ... terra est -atus. VVLG. exod. 15, 12 num. 13, 33. 16, 32 dirupta est terra sub pedibus eorum et aperiens os suum, -vit illos cum tabernaculis suis *eqs. paulo aliter*: AVG. civ. 7, 19 *terra* (*cum Saturno comparata cf. p. 875, 37*) quodam modo -at quae genuerit, cum ex ea nata semina in eam rursus recipienda redierint. *de sepulcro* (*in imagine*): OPTAT. 2, 25 p. 63, 18 unicuique sepulcro sufficit unum funus et clauditur: gutturi vestro honorum funera minime suffecerunt et adhuc patent, dum aliquos quaeritis -are (*cf.* VVLG. psalm. 5, 11 sepulcrum patens est guttur eorum. AVG. *ad l.* potest et illud intellegi, quod ... trahunt in se quos ad peccata illectant et eos tamquam -ant cum in suam vitam convertunt). *de Orco sim.*: CATVLL. 3, 14 malae tenebrae Orci, quae omnia bella -atis. HIER. epist. 39, 3, 2 quem gehenna suscipit, quem tartarus -at. **3** *chaos*: SEN. Tro. 400 *cf. p. 878, 10.*

B *quasi elingere i. q.* *exsiccare, de sole*: PLIN. nat. 5, 55 Nilum, ne *sole* -etur, abscondi. 20, 1 ignes aquis restinguentibus, aquas sole -ante.

C *praevalet notio insatietatis, voracitatis*: **1** *subiectum est ignis*: *proprie*: SEN. epist. 79, 2 montem, qui *igne* -etur cotidie, minui (*syn.* consumi. PACIAN. paraen. 11 *gehennae* fumariola ... maximos montes subterraneis ignibus decoquunt. aestuant ... Aetna ... et Vesuvius ..., dissiliunt, -antur). VVLG. lev. 9, 24 ignis a domino -vit holocaustum et adipes (SALV. gub. 1, 51). iud. 9, 15 cedros Libani. 9, 20 egrediatur ignis ... et -et Abimelech. Am. 1, 4 mittam ignem ... et -bit domos Benadad. *cf. quae sequuntur.* 1, 14 aedes ... in ululatu in die belli. apoc. 20, 9 et descendit ignis a deo de caelo et -vit eos (κατέφαγεν). *saepius*. SVLP. SEV. chron. 2, 5, 2. CYPR. GALL. Ios. 397 currus celeres subiectus -at ignis. EVSTATH. Bas. hex. 1, 7 p. 875ᴮ *flamma* -at ... materiam. 3, 8 p. 899ᶜ. MVTIAN. Chrysost. hom. 20 p. 361 ille ignis ... non dimittit, sed -at et dilacerat. SERM. Caspari Anecd. p. 328, 1 ne, quod incuratum remanserit post aquam baptismi, -andum suscipiat ignis inferni. flamma: VVLG. num. 21, 28 Ier. 48, 45. incendium: VVLG. num. 16, 39. PS. RVFIN. in Am. 1, 6—8 *syn.* consumere. *adde*: MART. CAP. 6, 576 -ante Mulcifero. OV. Ib. 316 ut ... necatorum Darei ... sic tua subsidens -et ora (*F*, ossa *G*) cinis (*cf.* CVRT. 6, 6, 30 flammam in ora hostium ventus ferebat).

in comparatione et in imagine: VVLG. deut. 9, 3 ipse transibit ante te, *ignis* -ans atque consumens (Is. 30, 30. *cf.* 29, 6 flammae ignis -antis. 30, 27 lingua eius quasi ignis -ans. thren. 2, 3 quasi ignem flammae -antis in gyro). Sirach 36, 11 in ira flammae -etur. Is. 5, 24 sicut -at stipulam lingua ignis (Ioel 2, 5 sicut sonitus flammae ignis -antis stipulam). Is. 10, 17 et erit lumen Israel in igne, et sanctus eius in flamma: et succendetur, et -bitur spina eius, et vepres in die una. Soph. 1, 18 in igne zeli eius -bitur omnis terra. Zach. 9, 4 et haec igni -bitur (*sc. Tyri fortitudo*). 12, 6. *sim. de frigore*: VVLG. Sirach 43, 23 *aquilo* -bit montes et ... extinguet viride sicut igne. **2** *pro subiecto sunt arma*: IVST. 14, 4, 14 -ent vos arma vestra, quibus plures vestro quam hostium duces absumpsistis. LVCIF. non parc. 13 p. 236, 25 cum ore gladii soleas displicentes tibi -are, nobis tamen parcas. VVLG. deut. 32, 42 inebriabo sagittas meas sanguine, et *gladius* -bit carnes (Is. 1, 20 vos. Ier. 2, 30 prophetas vestros. 12, 12 gladius domini -bit ab extremo terrae usque ad extremum eius. 46, 10. 14 Nah. 3, 15 *cf. p. 874, 37*).

IV *subiectum est* ***res incorporea***: **A** *de affectibus, morbis, fame i. q. conficere, macerare*: ITALA II Cor. 2, 7 (Tert. pudic. 13) ne forte abundantiore tristitia -etur (καταποθῇ, VVLG. absorbeatur. *cf.* TERT. *l. c.*). TERT. adv. Val. 9 p. 187, 19 Sophia ... modico abfuit prae vi dulcedinis et laboris -ari et in reliquam substantiam dissolvi. HIER. epist. 39, 2, 3 quid causae est, ut *infantes* ... morbo regio -entur ...? VVLG. Iob 18, 13 -et pulchritudinem cutis eius *inedia*. Ezech. 7, 15 pestilentia et fame -buntur. GREG. M. moral. 9, 93 quia maeror ipse quasi sine maerore fit, qui afflicti *hominis* mentem -ans sensum doloris tollit. **B** *varia*: SEN. Tro. 400 tempus nos avidum -at et chaos (GREG. M. moral. 9, 72 vitam nostram ... aeternitas -at). dial. 10, 6, 4 ista vitia nullum non saeculum -bunt. ITALA II Cor. 5, 4 (Tert. resurr. 42 p. 87, 1) uti -etur mortale a vita (καταποθῇ, VVLG. absorbeatur. TERT. *l. c. saepissime verbum repetit varias addens interpretationes.* p. 88, 10 -ari, ut demutetur. *cf. p. 875, 84*). AMBR. in psalm. 118 serm. 14, 41 mala Evae successio totum hominem -bat (*i. pessum dabat*), praeclara Christi hereditas totum hominem liberavit. VVLG. exod. 15, 7 misisti iram tuam, quae -vit eos. Os. 5, 7 -bit eos mensis (*hebr.: nova luna, i. exacto mense peribunt*). PETR. CHRYS. serm. 40 p. 314ᴬ vivens mortalium pastu mors moritur, dum -at vitam. GREG. M. moral. 10, 21 ab iniquitate protinus mens incauta -atur (*i. opprimitur, pessum datur*). EVG. TOLET. carm. 14, 8 crudelis aetas, o senectus improba, quae cuncta pulcra fauce saeva -as. *deest obiectum*: ITALA Is. 25, 8 (Tert. resurr. 54 p. 113, 14) -vit mors invalescendo (κατέπιεν, VVLG. *ex hebr.* praecipitabit mortem). *debilitato sensu fere i. q. superare, confundere*: TERT. anim. 57 Mosei veritas mendacium -vit. VVLG. psalm. 106, 27 omnis sapientia eorum -ata est. GREG. M. moral. 9, 40 quantalibet *innocentis* simplicitas fuerit, divinae magnitudinis simplicitate -atur. *subiectum incertum*: VVLG. Am. 7, 4.

V *passive fere i. q.* **extingui**, *evanescere, disparere*: PLIN. nat. 11, 270 theatrorum in orchestris scobe aut harenā superactā -atur *vox*. 34, 40 in campo Martio Iuppiter, qui -atur Pompeiani theatri vicinitate. VVLG. Ier. 51, 30 -atum est robur eorum. MACR. sat. 1, 14, 14 ut illi tres dies, qui per annos triginta et sex ... excreverant, sequentibus annis duodecim nullo die intercalato -arentur. *de pernicie aeterna*: TERT. pudic. 14 -ari adhuc increpitus periclitabatur ... maerens ob increpationem *eqs.* (*cf. quae antecedunt p. 872, 60*). *accedit* in *c. acc.*: TERT. resurr. 7 p. 34, 25 oblitteratus ... et -atus est limus in carnem *Adae* (*i. absumptus, commutatus*). HIL. trin. 11, 49 quod carnale ei est, in naturam spiritus -atur. *accedit* in *c. abl.*: ITALA I Cor. 15, 54 (Tert. resurr. 51 p. 105, 26) -ata est mors in contentione (κατεπόθη, VVLG. absorpta est mors *eqs.*). GREG. M. moral. 26, 65 dura consuetudine mens in peccato -atur. *absolute*: ITALA psalm. 51, 6 (Aug. spec. 6 p. 34, 18) dilexisti omnia verba ad -andum (τὰ ῥήματα καταποντισμοῦ, VVLG. praecipitationis). *dub. quo pertineat*: CORP. IV 1854 Cal(l)iste -a (*fort. obscaene, cf. p. 872, 68*).

syn.: comedere (PLAVT. CIC.), admordere (PLAVT.), exhaurire (CIC.), consumere (SEN.), edere (ASCON.), absorbere, gluttire, haurire (PLIN. nat.), vorare (MACR.), transgluttire (MARCELL. med.). *opp.*: circumrodere (CIC.), (com-)manducare (SCRIB. LARG.), mandere (PLIN.); bibere (PLIN.); evomere (CIC.), exspuere (PLIN.).

deriv.: devorabilis, devoratio, devorator, devoratorius. *Ammann.*

dēvortium *v.* divortium. **dēvorto** *etc. v.* deverto.

dēvōtāmentum, -ī *n. a* devotare. *i. q. execratio*: TERT. scorp. 2 ut ... -a (devota mente *B*) fierent universa eius *civitatis* (*cf.* deut. 13, 15 ἀναθέματι ἀναθεματιεῖτε αὐτήν, VVLG. delebis). ITALA deut. 13, 17 (Tert. scorp. 2) nec adhaerebit quidquam manibus tuis ex -o eius (ἀπὸ τοῦ ἀναθέματος, VVLG. de illo anathemate).

dēvōtātio, -ōnis *f. a* devotare. AVG. quaest. hept. 4, 40 anathema sit: hinc vulgo ductum est, ut -o dicatur. GLOSS. per furorem maledictio. *i. q. devotio*: HEGES. 5, 2 l. 59 ubi est illa -o (*C*, devotio *vulg.*) patrum? *i. q. imprecatio*: ITALA Hebr. 6, 8 (cod. d) terra ... quae promit spinas et tribulos, reproba et -i proxima (κατάρας ἐγγύς, VVLG. maledicto). VVLG. III reg. 8, 38 cuncta -o et imprecatio quae acciderit omni homini de populo Israel.

dēvōtē *v. sub* devoveo.

dēvōtīcius NOT. Tir. 48, 6. *a* devovere, devotus.

***dēvōtio,** -ōnis *f. a* devovere. deb-: *v. p. 879, 83.* SERV. Aen. 4, 607 iam utitur imprecationibus, hoc est -bus. SCHOL. Iuv. 8, 174 *ad* maiestas: -o. GLOSS. καθοσίωσις, κατάρα, ὀλιγωρία, ἀθυμία. γέρα. φιλοτιμία. obsequio. destinatio (vel honor *add. a b*). obsequio vel oratio (honoratio? *Götz*) vel obOedientia. -e honore. -es ἀφοσιώσεις εὐχαί, ἐπῳδαί. *legitur inde a* CIC.

1 *i. q. execratio* (*cf.* devovere *sub I B, dedi omnes locos*): **a** *t. t. religionis*: CIC. Rab. Post. 2 in -e vitae ... imitatus est P. Decium filius. nat. deor. 3, 15 tu ... Deciorum -bus placatos deos esse censes. LIV. 9, 10, 3 -i P. Decii consulis. VAL. MAX. 5, 6, 6 is ... -e simili ... vires urbis nostrae correxit. SEN. benef. 6, 36, 2 -i fortissimae. MIN. FEL. 7, 3 Deciorum -o rata. CAPITOL. Max. Balb. 8, 6 multi dicunt apud veteres hanc -em contra hostes factam. VIR. ill. 28, 4 Latinos Decii collegae -e superavit. *hinc translate i. q. dedicatio, deditio* (*cf.* devovere *sub II*): CIC. p. red. ad Quir. 1 eius -is me esse convictum. dom. 145 hanc ... -em capitis mei ... convictam esse et com-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

missam. PANEG. 9, 3 usque ad mortem -is obstrinxerat parricidas. ZACCH. 3, 10 ut...-o sanguinis pura sanctificet. GREG. M. moral. 1, 52 dum -is portant hostiam. PASS. Polycarp. 2, 1 singulorum militum Christi fidelia -um trophaea. **b** *latiore sensu* (*saepe etiam i. q. incantatio, defixio, praevalet plur.*): NEP. Alc. 4, 5 eius . . . -is quo testatior esset memoria. 6, 5. PETRON. 103 dissimulata nauseantis -e. TAC. ann. 2, 69 reperiebantur . . . carmina et -es et nomen Germanici plumbeis tabulis insculptum. 3, 13 ipsum -bus et veneno peremisse. 4, 52 veneficia in principem et -es obiectabat. 12, 65. 16, 31 nullos impios deos, nullas -es, nec aliud infelicibus precibus invocavi. SVET. Cal. 3 veneficiis . . . et -bus (APVL. met. 9, 29 -bus ac maleficiis). APVL. met. 1, 10 haec -bus sepulcralibus . . . cunctos in suis sibi domibus . . . clausit. 2, 29 non putas -bus meis posse Diras invocari? 7, 14 diras -es imprecer (9, 23). 11, 16 donec muneribus largis, et -bus faustis . . . navis . . . pelago redderetur. AVG. c. Faust. 14, 1 Christum . . . diro -is convicio lacessivit. MACR. sat. 3, 9, 15 ut . . . praeter evocationem etiam vim -is ostenderet. 5, 19, 7 sacricolarum sagarumque carmina et -es.

2 *i. q. animus devotus (erga homines, deum, leges sim.), oboedientia, fides, pietas*: **a** *generatim*: TERT. apol. 30 ubi veritas dei et -o est. scorp. 5 auditum transgressionis auditu -is limantes. ieiun. 9. NEMES. cyn. 83 agmina quis fortes animat -o mentes. PANEG. 6, 7 ut . . . veritas . . . meae erga te -is appareat. 7, 16 cui non . . . servit adulatio, sed simplex et sincera -o (OPT. PORF. epist. ad Constant. 2). 8, 11 -is officiis (AMBR. Cain et Ab. 1, 6, 22 in psalm. 118 serm. 19, 19). 10, 1. CAPITOL. Max. Balb. 11, 3 non tacenda . . . -o est Aquileiensium pro Romanis. TREB. Claud. 18, 2. Gall. 14, 1 Heracliani ducis erga rem publicam -o. LACT. inst. 2, 12, 15 ut . . . deo patri summa -e serviret (6, 23, 19). 5, 19, 13 -e ac fide (5, 22, 17 opif. 19, 9 mort. pers. 16, 8 VEG. mil. 1, 28 AMBR. epist. 17, 2 CASSIAN. inst. 4, 10 AVELL. p. 9, 25 NICET. psalm. 10 p. 78, 6 CAES. AREL. epist. de hum. 1, 4. CORP. VIII 22672 inclita fide, -e praestans). *al.* IVVENC. 4, 40 -o cordis. FIRM. err. 19, 7 praecedentia vitae facinora religiosa -e castiga (AMBR. in Luc. 4, 34). MAR. VICTORIN. ad Iust. 14 humanae -is pavens veneratio. PS. HIL. libell. 19. LVCIF. non parc. 1 p. 210, 12 zelo -is incensus. epist. 7 p. 328, 12 erga deum. SYMM. epist. 10, 22 an magis veteres *tribunos* oporteat praelata -e removere. AMM. 16, 8, 3 apparitionis praefecturae praetorianae princeps ob -em. SCHOL. Cic. Bob. p. 55, 11 ut ceteri huius -is imitentur exemplum. p. 165, 9 CLAVD. DON. Aen. 1, 447 *al.* VEG. mil. 2 prol. certavit saepe -o cum pudore. 2, 8 omni labore ac -e. 2, 9. 3, 4. AMBR. virginit. 19, 125 laborat in nobis Petrus, quando nostra laborat -o. epist. 29, 5 *et saepe.* HEGES. 1, 45, 7 pietatis et -is praemiis (AVG. c. acad. 2, 1, 1). 2, 12, 1. 5, 41 l. 53 non condemno -em, sed quaero pietatem. HIER. in Gal. 3, 27 p. 369 fides pro mentis -e censetur. GENNAD. dogm. 73. RVFIN. hist. 2, 1, 7 ut . . . civitas illa . . . velut speciali quadam Christo -e dicata sit. AVG. serm. 52, 1 studium et -o vestra. in psalm. 72, 31 accipite conatum meum -em nitendi. 134, 3. civ. 18, 45 non -e supplicis, sed iure victoris. virg. 8, 8 religione ac -e. c. Iul. op. imperf. 3, 33. 46 epist. 44, 1 *al.* PS. AVG. quaest. test. I 43, 3 p. 70, 15 Sout. stulta -e. I 94, 1 p. 165, 15 *al.* CARM. epigr. 303, 1 -e vigens . . . Pontius. COD. Theod. 5, 6, 1 (*a. 314*) universi -is studio contendant. 16, 2, 47 pr. (*a. 425*) prona -e. 16, 8, 23 (*a. 416*) *al.* gest. in sen. p. 1 M. -e socii. OROS. apol. 33, 2. CASSIAN. inst. 5, 17, 2 praepeti conscientiae -e. *et saepe.* LEO M. serm. 2, 2. 28, 5 observantiam vestrae -is. *al.* EPIST. pontif. 351 Migne 20, 763[B]. AVELL. p. 42, 5 non . . . ut christiani ex -e sacramenti alter alterum . . . devitantes. *al.* SACR. Leon. p. 315 *al.* PS. PROSP. vocat. gent. 1, 12. 2, 36. PETR. CHRYS. serm. 82 p. 430[C] feminea -e. SALV. eccl. 1, 28. 2, 20 casti affectus -e. SIDON. epist. 3, 1, 3. 4, 6, 2 pro intempestiva -e. FAVST. REI. grat. 1, 1 p. 8, 19 adnitentis -i elationis. PAVL. PETRIC. Mart. 1, 50 nam tibi subiecti servit -o sancti. PAVL. PELL. 588 nostra . . . iugis -o. EVG. TOLET. carm. 29, 7 pro te -o summa est. ENNOD. epist. 2, 19 p. 62, 11 *opp.* contemptus. 8, 2 p. 201, 13 crescente susceptorum -e. 9, 1 p. 228, 4 nefas est, in -bus despici discendi cupiditatem. *et saepe.* FVLG. RVSP. epist. 12, 14 cordis et oris -e. *et saepe.* CASSIOD. in psalm. 12, 4 cum -em fidei divina religio non haberet. inst. div. 2 *al.* COD. Iust. 1, 27, 2, 2 homine . . . -em servante rei publicae nostrae. GREG. M. epist. 2, 34 militaris -is oboedientiam. FERRAND. epist. 7, 7 propter officii publici -em. 7, 8 publicae intercessionis -o. NICET. spir. 22 p. 36, 25 fructum -is. *al.* PASS. Felicit. 3 sacrificium piae -is. VITA Caes. Arel. 1, 40 huius . . . miraculi magnitudo . . . provinciam cunctam fidelium -bus ac nuntiis peragravit. CORP. XII 1524 -is public⟨ae⟩. INSCR. christ. Rossi II I 14 Iohannes . . . basilicam cum omni -e et desiderio . . . construxit. **b** *speciatim -o actibus exhibita, i. q. cultus, religio*: ACT. lud. saec. Sept. Sev. (Corp. VI 32326) 19 ⟨. . .⟩am nos devotioni⟨s qu⟩os d⟨ii volent⟩ adder⟨e f⟩elici numero. TERT. anim. 39 quis non . . . totum filii caput reatui vovet . . . pro gentica, pro avita, pro publica aut privata . . . -e? ieiun. 14 si omnem in totum -em temporum et dierum et mensium et annorum erasit apostolus. adv. Marc. 4, 23 p. 499, 14 de sacerdotio in levitico . . . de -e in Arithmis *eqs.* SOL. 2, 26 -is ministerium. 16, 6 -is . . . pontificium. CORP. XIV 2080 (*Lavinii, saec. III vel IV*) aeditionem debotionis renobabit (*'editio in honorem imperatoris ideoque cum -e coniuncta' Mommsen*). LAMPR. Heliog. 3, 5 Iudaeorum et Samaritanorum religiones et christianam -em illuc transferendam. ITIN. Anton. Plac. rec. A 21 christiani pro -e ad mansionem ascendunt (37 barbas et capillos suos tondent). OPTAT. 7, 1 p. 161, 15 -o quae ab homine debebatur, ubi exhibita non est. AVSON. rhop. 8 ut longum celebris -o continuetur. VEG. mil. 2, 5 tamquam praesenti et corporali deo fidelis est praestanda -o. AVG. c. epist. fund. 8 ne passio eius (*Christi*) . . . celebraretur et non tanta -e diem mortis suae . . . sollemnitas honoraret. quaest. hept. 2, 61 ipsa -e offerendi. 3, 85 voto et -e offerentis. PAVL. MED. vita Ambr. 33 reliquiae summa omnium -e depositae fuerant. ZACCH. 3, 3 laudandi deum -o. *ibid.* -o matutina. COD. Theod. 13, 5, 38, 1 (*a. 412*) diebus feriatis et -um. 15, 5, 4 (*a. 424*) solitae -is officia. OROS. hist. 7, 27, 1 impediendae -is instinctu. CASSIAN. inst. 4, 19, 2 consummata eorum -is obsequia. LEO M. serm. 11, 2 -em fidelis populi. 34, 1. SACR. Leon. p. 332 huius . . . triumphi diem hodierna -e celebrantes. PETR. CHRYS. serm. 114 p. 512[D] solemnitatum . . . non omittenda -o. VAL. CEM. hom. 15, 2. VRAN. epist. 4 p. 862[A] lucernariae -is tempus. ALC. AVIT. hom. 25 p. 146, 21 incipiatur hodie et -i aeternitas. *cum genet. obi.*: PS. AVG. quaest. test. I 47, 3 p. 92, 12 Sout. ad dei -em. I 81, 1 p. 137, 18 creatoris. I 83, 5 p. 142, 12 -e et reverentia creatoris. *al.* serm. 86, 3. OP. imperf. in Matth. 2 p. 640 *Herodes* non ad -em flectitur nascituri regis. PASS. Petr. 8 contra sanctum ritum Romanum et contra urbis aeternae -em nescio quae inepta et vana docere. CORP. VII 963 pro -e numinis eius. **c** *metonymice de persona*: ANVLIN. Aug. epist. 88, 2 scripta . . . -o mea insinuare curavit. COD. Theod. 7, 20, 1 (*a. 318*) ad -em tuam. 7, 22, 2 pr. (*a. 326*) -is tuae officio. AVELL. p. 120, 26 ipsi per omnia tua -e famulante. p. 630, 16 -is nostrae animum. COLL. Mos. 15, 3, 8. CASSIOD. var. 1, 29, 2 -o vestra. *et passim.* COD. Iust. 10, 48, 7 -i nostrae. GREG. M. epist. 2, 34 -em vestram. *huc spectant*: EDICT. imp. Diocl. II 23 cohortamur . . . omnium -em. SIGISM. Alc. Avit. epist. 78 p. 93, 2 si -em nostram qua vobis animo militamus, etiam corporaliter praesentari obex temporum regionumque patitur. VEN. FORT. epist. (carm. 3, 2) 1 dulcedinem quam circa -em personae meae vestram beatitudinem . . . fateor impendisse.

3 *i. q. tributum, vectigal*: COD. Theod. 11, 1, 20 (*a. 385*) in fraudem annonariae rei ac -is publicae. 11, 1, 20, 22 (*a. 386*) ut plus haberet dispendii translatio quam -is illatio (COD. Iust. 10, 16, 9). 11, 1, 29 (*a. 401*) amplius . . . quam rei annonariae necessitas ac -o postularit. 13, 1, 19 (*a. 403*) omnes -em aurariae functionis agnoscant. NOVELL. Valent. 1, 2 pr. remissio tributorum . . . redivivae -is fomitem subministrat. SIDON. epist. 1, 9, 6 impositae -is astipulator. FVLG. RVSP. c. Fab. frg. 34 annua -e (CASSIOD. var. 6, 24, 1. 11, 7, 1). CASSIOD. var. 3, 32, 1 quatenus . . . ab illis . . . solita -o non negetur. 3, 40, 2. 9, 10, 2. 9, 11, 3. 11, 7, 4. 12, 5, 7. 12, 16, 2. *i. q. multa*: COD. Theod. 7, 1, 10 (*a. 367*) sciant se non absque -is nota . . . esse postponendos. *i. q. obligatio*: COD. Iust. 4, 63, 1 agnoscendae -is effectus. 8, 39, 4 pr. ad unum creditorem quidam ex debitoribus -em suam ostenderunt (*opp.* indevotio). 8, 39, 4, 2. 3 sit itaque generalis -o et nemini liceat alienam indevotionem sequi.

4 *i. q. votum*: TERT. adv. Marc. 2, 17 p. 358, 17 misericordiam, quae et filium Saulis moriturum ex -e populo concessit. VVLG. act. 23, 14 -e devovimus (ἀναθέματι ἀνεθεματίσαμεν) nos nihil gustaturos. LIB. pontif. p. 88, 9 dedicavit basilicam . . . ex -e testamenti cuiusdam . . . feminae. ENNOD. epist. 1, 20 p. 31, 25 ut beneficiorum caelestium magnitudini sub hac -e respondeam (CASSIOD. chron. II p. 161, 1364 cuius spectaculis voluptates etiam exquisitas Africa sub -e transmisit. VITA Fulg. 49). CORP. IX 333, 14 Theodosio . . . statuam equestrem . . . pro voto et -e posuerunt. XI 6658 Flavio Claudio Iuliano . . . ordo possessoresque Brixellanorum optata devotio⟨ne⟩ dedicarunt. EVGIPP. Sev. 11, 2 in castellum quoque . . . -bus accolarum vir sanctus advenerat evocatus.

compar.: indevotio.

? **dēvōtiōsus**, -a, -um. EVGIPP. Sev. 46 femina . . . beatum Severinum . . . -a (*L*, religiosa devotione *al.*) venerata est.

dēvōto, -āvī, -ātum, -āre [*a* devovere, devotus. *Th.*]. COMMENT. Lucan. 3, 127 'voverunt' pro '-verunt' posuit, nam vovere dicimus sacrum. AVG. quaest. hept. 4, 40 -are se quemquam nemo fere dicit nisi maledicens. 4, 41 hoc erat anathemare quod vulgo dicitur -are. GLOSS. ἀφοσιοῦμαι. accuso. -at maledicit. -are exprobrare, maledicere, proprie tamen est voto se obligare. denotare (*sic*) iurare. -bat forsuor (*anglosax.*). -vit despexit. -urus uuergendi (*anglosax.*). -uri maledicturi. [*dub.*: APVL. met. 9, 21 *v. p. 868, 58.*]

i. q. maledicere: PLAVT. Cas. 388 -bit (*J*, deuobit *codd. i. fort.* devovebit) sortes (*i. incantando diriget*), si attigerit. ITALA num. 22, 6 (Lugd.) -a mihi populum hunc (κατάρασαι, VVLG. maledic). 23, 8 quid -bo quem non -at deus? (καταράσομαι . . . καταρᾶται, VVLG. detester . . . detestatur). Ios. 6, 25 -vit . . . dicens (ὥρκισεν, VVLG. imprecatus est). Matth. 26, 74 (codd. a b c ff² q. Orig. in Matth. 18, 114) coepit -are se et iurare (se -are Orig., ITALA codd. h r [*cf.* PS. CYPR. rebapt. 9] -are et iurare, ITALA codd. f ff¹ *δ et* VVLG. detestari [g¹ detestare], καταθεματίζειν). Marc. 14, 71 (codd. d q) -are et dicere (cod. a -are se dicens, ff² -are et iurare, c k -are se et iurare [k *corr. ex* devitare]; ἀναθεματίζειν, VVLG. anathematizare). *i. q. vovere*: VEREC. in cant. 8, 17 ego quidem vovi tibi,

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

reddam vota mea, si me iuveris -antem. IORD. Rom. 179 quod dux ... Marti suo torquem aureum -asset. *i. q. se vovere*: INSCR. christ. Leblant I 258 Lea'-ans deo puella vinculo caritatis et studio religionis titulum posuit. *i. q. execrari*: PS. APVL. herb. 8, 1 si quis -atus (devotus *T*) defixusque fuit.

deriv.: devotamentum, devotatio.

dēvōtor, -ōris *m.*, **dēvōtrīx**, -īcis *f.* *a* devovere. SERV. Aen. 4, 607 unde (*a devotionibus*) et -r et -x dicitur qui imprecatur.

✠**dēvoveo**, -vōvī, -vōtum, -ēre *a* de *et* vovere. devotam: PS. DAMAS. epigr. 76^a, 1. divotus: CORP. III 14156^2. XIII 1491. debotus: CORP. II 4787 PAPYR. Wessely p. 9 n. 21. devót-: CORP. XIII 6754. PS. CYPR. aleat. 9 devovunt. *fut. exact.*: ACC. praetext. 15 devoro. GLOSS. ἀφιερῶ, ἀφοσιῶ, καθοσιῶ. -et ἀνατίθησιν, καθοσιοῖ. -vit ἀφωσίωσεν, ηὔξατο. devovesent (*i.* -vissent) κατηράσαντο, ἐβλασφήμησαν. *legitur apud* ENN. *et inde ab* ACC. *per totam latinitatem* (*perf. inde a* VARRONE, *part. perf. pass. inde a* CIC., *part. fut.* QVINT. inst. 5, 6, 2), *deest apud* LVCR. PERS. TAC.

diagramma, -atis *n.*, διάγραμμα. *t. t. i. q. descriptio*: GROM. tit. p. 340, 23 terminorum. *i. q. sonorum gradus*: VITR. 5, 4, 1 eius (*Aristoxeni*) -a subscribam. 5, 5, 6 -a, musica ratione designatum. 6, 1, 7 in -e musico.

diagrydion *v.* dacrydium.

[**dialabis**] (*traditur etiam* dialapis, dialapsis) constitutum imperatorum GLOSS. IV 409, 35. V 597, 42. *coniecerunt alii aliud.*

dialecta *v. p. 949, 45.*

***dialecticus**, -a, -um, διαλεκτικός. *legitur inde a* CIC. (*sed v. p. 949, 9*). *i. q. ad disputationem, disserendi artem pertinens*: CIC. orat. 118 a -is *locis* ... instructus. SEN. epist. 82, 19 non redigo ista ad *legem* -am (GELL. 16, 1, 5 CASSIOD. inst. div. 6 p. 1118[a]). 121, 10 omnia animalia -a (*fere i. q. cogitandi perita*) nasci oportet. PLIN. nat. 7, 180 sapientiae -ae professor. QVINT. inst. 5, 14, 27 -is *disputationibus* (AMBR. 3, 2, 7 fid. 1, 5, 42 CASSIAN. c. Nest. 3, 15, 4). 12, 2, 13 haec pars -a sive illam dicere malumus disputatricem. PS. AGENN. grom. p. 9, 21 secundum regulam -am. GELL. 1, 2, 4 syllogismorum captionumque -arum laqueis strepebat. 1, 22, 7 disciplinas ... -as percalluerat (13, 10, 1. 16, 8, 1). 20, 5, 3 disputationes. *al.* APVL. Plat. 1, 3 -a *philosophia.* ARNOB. nat. 2, 19 musicus (2, 38). MAR. VICTORIN. defin. p. 17, 1 auctoribus. p. 19, 24 definitio. PRISCILL. tract. 3 p. 48, 16 -um ingeniorum opus. AVSON. 364, 17 certat -a (*i. ad disputationem prona, verborum anceps*) turba sophorum. AMBR. incarn. 9, 89 -o more. MAXIMIN. c. Ambr. 82 per *artem* ... -am depraedatos similitudine -ae artis (HIER. in Is. 10, 12/14 p. 146 epist. 30, 1. 49, 12, 2 RVFIN. Orig. in Rom. 6, 13 CASSIAN. c. Nest. 3, 15, 2 CASSIOD. inst. div. 6, 1118[a] hist. 1, 11 p. 896[D] *saepe*). HIER. in psalm. 143 p. 285, 25 catenula. hom. Orig. in Ier. 5 p. 801 -am calliditatem ... adhibere. RVFIN. Orig. in cant. 4 p. 197[A] argumenta. PRVD. ham. 124 gravis et -a vox est. AVG. c. Iul. 6, 19, 60 -as tenebras ... offundere. op. imperf. 6, 12 -o et philosophico

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sermone. MAR. MERC. subnot. 7, 4 -e (*vocat.*) disputator. MART. CAP. 5, 463 astructio. 5, 481 tractatus. CASSIAN. inst. 12, 59 syllogismis -is et Tulliana facundia (ISID. orig. 2, 28, 1. 26 PS. BOETH. grom. p. 394, 23 *cf.* CLAVD. MAM. anim. 2, 3 p. 106 conclusionibus). BOETH. herm. pr. 2, 11 p. 154, 24 -a interrogatio (herm. sec. 5, 11 p. 36, 17 *al.*). p. 155, 21 propositio. herm. sec. 1 praef. de oratione philosophica vel -a (1 p. 10, 19). CASSIOD. art. 3 p. 1175^D -os locos et rhetoricos. GLOSS. V 463, 20 liber -us liber disputationis. *substantivi vice*: **dialecticus,** -ī *m. legitur inde a* RHET. Her., *frequentat* CIC. AVG. c. Cresc. 1, 14, 17 qui graece -us dicitur multo usitatius et tolerabilius latine dicitur disputator. GLOSS. disputator vel genus philosophorum. ipse qui disputat. *i. q. disputator, disserendi peritus*: RHET. Her. 2, 11, 16 quae *amphibolia* ab -is proferatur. CIC. dom. 47 -us es. de orat. 1, 128 acumen -orum. orat. 113 -orum scientiam assumere. 114 qui -i dicuntur (*al. sim.*). top. 53 locus -orum. *al.* ac. 1, 5 praeceptis -orum et oratorum. 2, 91 in geometriane quid sit verum aut falsum, -us iudicabit. 2, 97. 143 principes -orum, Antipater et Archidemus. nat. deor. 1, 70 Epicurus contra -os. div. 2, 104. 108. 115 Tusc. 4, 21 fin. 2, 17. 4, 55 *al.* SEN. epist. 45, 13 litem cum -is differam nimium subtilibus. 49, 5. 87, 38 per omnes -orum scholas. 102, 5. QVINT. inst. 2, 4, 41. 7, 3, 14 ad morem -orum formata conclusio. AFRIC. dig. 35, 2, 88 qui tractatus apud -os τοῦ ψευδομένου dicitur. FRONTO p. 148, 1 N. -orum verbis. 152, 18 coli -os. GELL. 18, 13, 7 *sophisma* a quodam -o ... propositum. *al.* APVL. apol. 15 PS. APVL. herm. p. 278 TERT. anim. 43. FIRM. math. 3, 7, 18 faciet contentiosos, contradictores, -os. IVL. VICT. rhet. 10 p. 411, 8. 11. MAR. VICTORIN. defin. p. 23, 10 praeceptis et -orum et philosophorum. SCHOL. Verg. Veron. georg. 2, 93 Aen. 2, 473 SCHOL. Hor. sat. 2, 3, 193 -us Socraticus. SCHOL. Cic. Bob. p. 7, 6 vim -orum. PELAG. in I Cor. 2 p. 722^B. HIER. in Mich. 2, 5 p. 497 -orum tendiculas *auferam*. epist. 50, 1, 2 -um urbis vestrae. 53, 6, 1 taceo de grammaticis . . . -is. RVFIN. Orig. in Ios. 18, 3 -is saeculi. hist. 4, 30, 1 vehemens -us (διαλεκτικώτατος). AVG. doctr. christ. 3, 34, 47. c. Iul. 3, 7, 16 -orum quasi iaculis oneratus. op. imperf. 6, 18 philosophaster et -us. c. Petil. 16, 19 c. Cresc. 1, 12, 15. VICTRIC. 17 -orum virus. SIDON. epist. 4, 1, 3 artifex -us. 4, 11, 6 v. 8 orator, -us, poeta. 9, 2, 2 -us Augustinus. BOETH. herm. sec. 2, 2 p. 96, 6 -is philosophisque est quaerendum. 5, 11 p. 359, 28 -us (*i. logicus*) ita interrogare debet. *al.* VEREC. in cant. 7, 11 CASSIOD. in psalm. 1, 2. 93, 10 *al.* art. 3 p. 1178^D -us et orator in communi argumentorum materia versantur. *nota specialim i. q. Peripatetici*: SEN. epist. 117, 11 -i veteres ista distinguunt (*praecedit* Peripateticis placet *eqs.*). PLIN. nat. praef. 28 audio et Stoicos et -os, Epicureos quoque. FRONTO p. 147, 6 N. ne verbis -orum, sed potius Platonis. PRISC. gramm. II 54, 5 partes orationis secundum -os duae, nomen et verbum (*seq.* Stoici). **dialectica,** -ae *f.* *forma* dialecta: VIRG. gramm. epit. 4 p. 17. LACT. inst. 3, 13, 4 in qua *logica* (*sc. tertia philosophiae pars*) tota -a continetur. AVG. c. Cresc. 1, 14, 17 nomen quippe Graecum est -a quae si usus admitteret fortasse latine disputatoria vocaretur. ISID. orig. 1, 2, 1 tertia *liberalium artium* -a cognomento logica quae disputationibus subtilissimis vera secernat a falsis. 2, 22, 1 -a est disciplina ad disserendas rerum causas inventa (*agitur de re* 2, 22—29, *de differentia -ae et rhetoricae secundum Varronem* 2, 23). diff. 2, 153 -a est ratio sive regula disputandi, intellectum mentis acuens, veraque a falsis distinguens. GLOSS. -a eruditio philosophorum et rhetorum. graece dualis dictio et -a unum est. CASSIOD. art. praef. p. 1151^C. CIC. ac. 1, 32 omnis -ae disciplina, id est orationis ratione conclusae. 2, 91 -am inventam esse ... veri et falsi quasi disceptatricem et iudicem. 2, 97 evertit -am *Epicurus*. 2, 98. fin. 1, 63. 2, 17 rhetoricam palmae, -am pugni similem esse dicebat *Zeno* (orat. 113). 3, 5 quibus *verbis* instituto veterum utimur pro Latinis, ut ipsa philosophia, ut rhetorica, -a, grammatica. 3, 41 *al.* Brut. 153. 309. orat. 114 haec (*sc.* -a) ratio dicendi latior ... illa (*sc. rhetorica*) loquendi contractior. PETRON. 88. QVINT. inst. 1, 10, 37 -ae similem . . . artem (*alibi traditur* -e). TAC. dial. 30 -ae suptilitas. GELL. 16, 8, 17 in ... -ae gyris. *al.* APVL. Plat. 1, 3 *al.* TERT. praescr. 7 p. 9 *Aristoteles* -am instituit. DON. Ter. Phorm. 208. PRISCILL. can. praef. p. 110, 12 -ae syllogismis. AMBR. fid. 1, 13, 84 in gymnasiis suis iam -a taceat. incarn. 9, 89. hex. 2, 3, 9 versutia -ae. *al.* PELAG. in II Thess. 2 p. 872^B sermo -ae. HIER. epist. 53, 8, 3. 61, 4, 1. RVFIN. Orig. in gen. 6, 3 commenta -ae. AVG. civ. 8, 7 quam *sollertiam disputandi* -am nominant *Stoici*. 22, 5 armatos -a. c. Petil. 16, 19 c. Cresc. 1, 13, 16 *saepe. adde titulum operis quod est* principia -ae. MART. CAP. -a *personata inducitur praecipue libro quarto*. 4, 422 utilis est . . . -a. SIDON. epist. 5, 2, 1 -a disputat. 9, 9, 12 tristis -ae flexibus. BOETH. herm. sec. 1 praef. p. 4, 6. 1, 3 de Stoicorum -a (3, 9). 5, 10 -ae doctrina. *saepe.* CASSIOD. inst. div. 23 -am legit. *forma graeca* dialecticē, -ēs *legitur inde a* CIC. (*sed incertum an Graecis litteris scripserit*): CIC. de orat. 2, 157 videsne Diogenem eum fuisse, qui diceret artem se tradere bene disserendi et verα ac falsa diiudicandi, quam verbo Graeco -en appellaret? SEN. epist. 89, 17 omnis oratio aut continua est aut inter respondentem et interrogantem discisa. hanc -en, illam rhetoricen placuit vocari ... -e in duas partes dividitur, in verba et significationes. id est in res quae dicuntur et vocabula quibus dicuntur. ingens deinde sequitur utriusque divisio. QVINT. inst. 2, 17, 14 *Aristoteles* ei (*sc. rhetoricae*) particulam civilitatis sicut -es assignat. 2, 17, 42. 2, 20, 7 altera *oratio* concisa quae -e *dicitur* (2, 21, 13). 3, 4, 10 *vis* -es. CLAVD. MAM. anim. 3, 12 -en exercere. epist. 204 -en tamquam Amazonem . . . formidari. *i. q. altercatio*: SCHOL. Hor. sat. 2, 3, 187 -e inter plebeium et regem Agamemnonem (PORPH. *ad l. v. infra l. 68*). **dialecticum** (-on), -ī *n.* (*plerumque pluralis usurpatur*): *i. q. disquisitio dialectica*: CIC. Brut. 119 in -is omnis cura consumitur. div. 2, 122 geometricum quiddam ... aut -um explicare. nat. deor. 1, 89 more ... -orum quae gens vestra non novit. fin. 3, 41 Tusc. 1, 14 off. 1, 19. Att. 14, 12, 3 remotum a -is, in arithmeticis satis exercitatum. FRONTO p. 148, 10 N. de -is istis ecquid tenes? APVL. apol. 80 mitto -a (*i. subtilia*). HIER. Didym. spir. praef. nihil ibi (*sc. in Latinis versionibus*) -um, nihil virile atque districtum. CLAVD. MAM. anim. praef. p. 19 ex -is . . . praelibavit. 1, 22 p. 81 de -is dissero. *nota*: AVSON. 338 laboravi tamen, ut res haberet aut historicon quippiam aut -on. *adv.* **dialecticē.** *i. q. subtiliter, argute, more dialecticorum*: CIC. ac. 1, 8 dicta -e. fin. 2, 17 rhetorice ... mavis quam -e disputare (AVG. c. Cresc. 1, 19, 24). 5, 10 non -e solum, sed etiam oratorie ... tradita. QVINT. inst. 1, 10, 37 probabit -e. AVG. c. Cresc. 1, 13, 16 subtiliter argutеque disserere, hoc est -e. 1, 17, 22 -e mecum agere (*sic saepius*). BOETH. herm. sec. 5, 11 p. 359, 12 -e interrogat. *al.* *graece* **dialecticōs,** διαλεκτικῶς. DON. Ter. Hec. 311 ἐξεταστικὴ ὑπόκρισις, id est interrogat -os.

dialectos (-us), -ī *f.*, διάλεκτος. *i. q. genus loquendi, lingua, loquela*: QVINT. inst. 9, 4, 18 ipsa -us habet ... iucunditatem (*Graecam formam* διαλέκτους *praebet* inst. 1, 5, 29). SVET. Tib. 56 molesta -os (*sc. Dorica*. PROB. Verg. ecl. praef. 327, 1 ut Doris -os . . . rustica habeatur. MACR. exc. gramm. V 623, 2). TER. MAVR. 649 Aeolica -os ... ferme mista est Italae (PORPH. Hor. carm. 2, 13, 23 Sappho Aeolide -o ... usa est [4, 9, 12 SCHOL. Hor. *ibid.*]. 3, 30, 13/14 *de Alcaeo* [4, 3, 12]). VEL. gramm. VII 51, 7 secundum diversas -os, id est linguas. DIFF. gramm. VII 521, 4 sermo omnium gentium est, loquela cuiusque gentis propria -os.

dialēmma (dialīmma), -atis *n.* [*utrum a* διάλειμμα *an a* διάλημμα *tractum sit, ambigitur. Th.*]. **1** *t. t. apud musicos*: CENS. 10, 7 huiusmodi intervallum Plato abusive hemitonion, proprie autem -a appellat. **2** *t. t. apud medicos i. q. in morbo intervallum*: PS. SORAN. quaest. med. 89 *chronicae aegritudines* superpositio et lenimentum quae Graeci tasin et -a appellant. 189 -a lenimentum vel demissio aut declinatio dicitur. THEOD. PRISC. log. 45 in -e vero, hoc est intervallo temporis, quo causae vel passiones chronicae publicantur. SORAN. p. 60, 20 in interpellatione praedictis utimur auxiliis, in -e vero . . . resumimus varia gestatione. p. 104, 1 habet . . . haec valetudo accessiones et -ta. p. 104, 5. 108, 14. 109, 22 THEOD. PRISC. log. 117.

dialeucos, -on, διάλευκος. *i. q. subalbus*: PLIN. nat. 21, 33 est per se genus sativi *croci* blandissimum volgo; cum sit mediocre, -on vocant.

dialexis, -is *f.*, διάλεξις. AVG. c. Cresc. 1, 14, 17 sic a disputatione dialectica nomen accepit, quoniam disputatio graece dialoge vel -is appellatur. GLOSS. -is disputationis. AVG. op. imperf. 1, 72 gradibus Punicae -is ... evertisti iudicia. *bis.* c. Iul. 6, 19, 60 in qua -i invenerim contrariorum omnium reciprocitatem.

dialīmma *v.* dialemma.

dialīpōn, *n. plur.* -onta, διαλείπων: PS. SORAN. quaest. med. 84 quid est -onta? -onta dicuntur cotidiana, tertiana, quartana et his similia (*genera febrium significantur*). *cf.* CASS. FEL. 40 p. 90 febricula tenuis intercapedinata, quam Graeci -onta vocant.

[dialit(h)on] *nomen herbae heliotropii traditur* PS. APVL. herb. 50. *est* adialyton, *cf.* DIOSC. 4, 190 W.

1. diālis, -e [*a* dies. *Th.*]. GLOSS. -is cotidianus. -e diurnum, meridiale. CIC. facet. dict. 25 consules -es habemus (*de Caninio unius diei consule*). **2. diālis** *v. nom. propr.*

dialogē, -ēs *f.*, διαλογή *v. supra l. 51.*

dialogicē *adv. v. infra l. 69.*

dialogicos, -on, διαλογικός. *i. q. more disputationis, ad dialogum pertinens*: PORPH. Hor. serm. 2, 3, 187 -on fecit. introduxit enim quemdam altercantem cum Agamemnone. *adv.* **dialogicē:** SCHOL. Pers. 6, 51 *heredem* -e secum poeta loqui inducit.

dialogismos, -ī *m.*, διαλογισμός. *t. t. rhet., una de figuris sententiae i. q. sermo intimus*: CHAR. gramm. I 283, 21 per -on ut apud Terentium (*Eun. 46*) hic persona introducta quaerit apud se quaenam potius utilitati suae pars eligenda sit. IVL. RVF. rhet. 20 p. 43, 33 -os. haec fit ita ut cum quis secum disputat et volutat quid agat vel quid agendum putet. apud TERENTIVM (*ut supra*) VERG. (*Aen. 4, 534*) CIC. (*Cluent. 70 Verr. 2, 142*). DON. Ter. Eun. 46 σχῆμα διανοίας. *i. q. sermocinatio*: SCHOL. Hor. sat. 1, 1, 52 iterum interrogat. quasi contentio inter duos dialogismos. *fortasse his omnibus locis merum Graecum vocabulum est.*

dialogista, -ae *m.* [*quasi* διαλογιστής, *cf.* λογιστής. *Th.*]. *i. q. disputator*: GALLICAN. Avid. 3, 5 si -am vicisset, Antoninum hoc nomine significans.

×**dialogus,** -ī *m.*, διάλογος. *legitur inde a* CIC., -on *traditur*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

apud PORPH. Hor. serm. 2, 7, 1. ISID. orig. 6, 8, 2 -us est collatio duorum vel plurimorum quam Latini sermonem vocamus, nam quos Graeci -os vocant, nos sermones vocamus. BEDA gramm. VII 270, 16 -os graece, disputatio latine. GLOSS. -us duorum disputatio vel collocatio sermonum. graece dualis dictio. liber disputationis. liber disputationum vel narratio reciproca vel interlocutiones propter narrationem. capituli dictio delectabilis.

1 *i. q. sermo, disputatio, altercatio*: CIC. Brut. 218 *cum* disputatio . . . esset inter eos, ut est consuetudo -orum, cum sermo esset institutus. Att. 2, 9, 1 ut tuos elicerem mirificos cum Publio -os. 13, 14, 2 te ei -o adiunctum esse tertium. 13, 19, 3 constitueram neminem includere in -os eorum qui viverent. 13, 42, 1 hic -us sic conclusus est. SEN. benef. 5, 19, 8 -orum altercatione seposita. *huc pertinent*: ASCON. Pis. p. 14 in -is Ciceronis de oratore scriptis (DIOM. gramm. I 340, 1 in -is de republica [RVFIN. gramm. VI 575, 1]). QVINT. inst. 5, 14, 27 -is . . . et disputationibus erit similior.

2 *praevalet notio generis litterarum, liber disputationis, titulus operis*: CIC. Att. 4, 16, 2 nosti genus -orum meorum (SCHOL. Hor. sat. 2, 3, 1 haec ergo satira habet quasi -i genus). epist. 1, 9, 23 tres libros in disputatione ac -o 'de oratore'. 9, 8, 1 nosti morem -orum. SEN. epist. 100, 9 scripsit enim et -os *Livius*. QVINT. inst. 5, 7, 28 in -is Socraticorum maximeque Platonis (FRONTO p. 227, 3 N.). 6, 3, 44 patris eius -os dedit legendos. 10, 1, 107 in epistulis . . . -isve nulla contentio est *inter Demosthenem et Ciceronem*. 10, 1, 129 orationes eius et poemata et epistulae et -i feruntur (*sic saepe in enumeratione scriptorum, ex. gr.*: SVET. Aug. 89 carmina et historias . . . orationes et -os. APVL. flor. 9 p. 37. 20 p. 98). 10, 5, 15 -orum libertate gestiendum (*opp.* historia). 11, 1, 21 in epistulis aliquando familiariter apud amicos, nonnumquam in -is. SVET. Tib. 42 ROMAN. Char. I 146, 29 DIOM. gramm. I 379, 19. GRAMM. suppl. 161, 13 oratio disputativa in -is. GELL. 3, 17, 5. APVL. flor. 18 p. 91 -um . . . praetexui. SCHOL. Cic. Bob. p. 4, 26 in Hortensio -o (AVG. civ. 3, 15). p. 90, 27. CLAVD. DON. Aen. 6, 860 quod genus *interrogationum et responsionum* in -is praestat. HIER. in Ezech. 11, 36 p. 422. epist. 33, 4, 4. 134, 1 quem *-um* nuper edidi. RVFIN. apol. adv. Hier. 2, 10 p. 591^{C}. hist. 3, 28, 1 in disputationum suarum -o (*i.* ζήτησις) ita scribit *Gaius*. AVG. civ. 19, 21. SVLP. SEV. dial. 3, 5, 6 -i speciem . . . assumpsimus. SIDON. epist. 9, 9, 10 sub -i schemate. CLAVD. MAM. anim. 27 VITA Alc. Avit. 1 BOETH. herm. sec. 4, 10 p. 316, 17 VEN. FORT. Mart. praef. I 3 *al.*

?dialutēnsis, -e. PLIN. nat. 9, 131 *genus purpurarum* longe optimum purpuris -e (-luc- *trad.*), id est vario soli genere pastum (*praecedit* lutense).

dialysis, -is *f.*, διάλυσις. *t. t. rhet. i. q. asyndeton, dialyton*: RVT. LVP. 1, 15 -is hoc schema contrarium est superiori (*sc. polysyndeto*), nam demptis omnibus articulis sententiae divisae pronuntiantur. CHAR. gramm. I 283, 9 *v. infra l. 55.* *i. q. una ex quinque speciebus hyperbati, parenthesis*: CHAR. gramm. I 275, 8 -is est, cum ordo orationis interposita sententia diducitur ut (*Verg. Aen. 11, 12*) 'tum socios, namque . . . ducum, sic incipiens' cum sit ordo hic: tum socios, sic. DIOM. gramm. I 460, 33 -is sive parenthesis est interposita ratiocinatio divisae sententiae *seqq. exempla ex* VERG. Aen. 1, 643. 11, 12 *sumpta.*

dialyton, -ī *n.*, διάλυτον. *t. t. rhet. i. q. asyndeton*: CHAR gramm. I 283, 9 -on est sive dialysis oratio nulla coniunctione interposita ut (*seq.* VERG. Aen. 4, 593 TRAG. inc. 84), sententiae hic plures sine coniunctione finiuntur. DIOM. gramm. I 448, 5 -on est oratio quae sine coniunctionibus soluta ac simpliciter effertur nulla superiori (*sc. polysyndeto*) contraria ut (VERG. Aen. 4, 593), hoc etiam brachylogia nominatur. SACERD. gramm. VI 456, 3 DON. gramm. IV 399, 8 (= BEDA rhet. p. 611, 14). PS. IVL. RVF. schem. lex. 20 ut (VERG. Aen. 10, 331. 11, 328). ISID. orig. 1, 35, 20.

diamarathrum *ex* διὰ μαράθρου. CAEL. AVR. chron. 3, 5, 77 trochiscos ex herpyllo vel feniculo confectos vel ex aristolochia, quos diherpyllum vel -um vel diaristolochian appellant.

diamastigōsis, -īs *f.*, διαμαστίγωσις: TERT. mart. 4 apud Lacedaemonas solemnitas maxima est -is, id est flagellatio.

diambus *v.* diiambus.

×diameter, -tra, -trum, διάμετρος. *i. q. dimetiens, diametralis*: VITR. 9, 2, 4 in -o spatio. FIRM. math. 4, 1, 10 quas stellas trigonica . . . quas -a radiatione respiciat. COMMENT. Lucan. 4, 528 Cancer necesse est -on (*i. oppositum*) habeat Sagittarium (*de situ siderum*). CHALC. comm. 91 ut per puncta medietatis transeat -a linea. MART. CAP. 7, 735 hunc numerum quis neget esse -um. *subst.* **diametros**, -ī (*plur.* -oe, *acc.* -ōs) *f.*, **diametron**, -ī *n.* *definitur*: PS. CENS. frg. 7, 1 -on est recta linea per centron immissa et in utramque partem secans circulum. MACR. somn. 1, 20, 15 haec linea, quae orbem sic aequaliter dividit, -os nuncupatur. MART. CAP. 6, 711 *fusius.* EVCLID. p. 377, 22 (= CASSIOD. art. 6 p. 1214^{C}). GLOSS. ex -o e regione e -o annus sumptus, hoc est non a principio signiferi, sed a medio (*cf.* PS. AMBR. act. Seb. 55 *quod* aut Saturnus apocatasticus [*i. astans*] est aut annus tuus ex -o susceptus est). VITR. 3, 3, 11. 3, 5, 6 -os agatur. 4, 1, 8. 9, 7, 5 perducendae sunt -oe. 9, 7, 6 ad extremas -os. 10, 9, 5 *al.* COLVM. 5, 2, 7. FRONTIN. aq. 25. 26 digitus (*i. mensura aquae*) quadratus in rotundum redactus habet -i digitum *sic saepe sim.* *de situ siderum in orbe caeli*: PS. CENS. frg. 3, 8 quod est septimum et -on vocatur. SCHOL. Germ. Sang. p. 223, 11 aspiciunt inter se stellae . . . ex contrario, quod est septimum signum et -on vocatur estque maxime adversum. LIB. col. I p. 242 NIPS. grom. p. 296. GROM. p. 338 quia -um est, hoc est mensuratum est. FIRM. math. 2, 15, 2 ortus est pars horoscopi . . . posita, quod a Graecis -on dyticon dicitur. *al.* CHALC. comm. 78. 88. 89. 91. 237 bipedalis. *saepe.* SCHOL. Hor. carm. 2, 17, 19. Lucan. 10, 213 ut nox in -o sit, id est in Capricornio. COMMENT. Lucan. 10, 213 quia hi duo (*Aegoceros et Cancer*) -a sibi sunt. MACR. somn. 1, 20, 20. 31. *al.* SIDON. epist. 8, 11, 9 super -o Mars apocatastaticus. MART. CAP. 8, 880 in -o Solis. 9, 952 BOETH. herm. sec. 4, 10 p. 309, 7 *saepe.*

diametrālis, -e [*a* diametros. *Th.*]. *i. q. ad diametrum pertinens*: LIB. col. I p. 225 ab oriente ad occidentem qui *limites* in gruma sunt designati qualis -is appellatur.

diametron, diametros *v.* diameter.

diametrum, -ī *n.* [*cf.* epimetrum, ἐπίμετρον. *Th.*]. *i. q. intertrimentum, detrimentum, quod deest alicui mensurae*: COD. Theod. 13, 9, 5 (*a. 397*) de oneribus pravitate submersis vel de -is aliisque iacturis . . . probare. 13, 5, 38 (*a. 414*) si quando navicularius extra modum centesimarum -um incidisset . . . quid evenisset detrimenti. *dub.* GLOSS. -um quod per modum fit. -o quod supra modum fit (*ex* διὰ μέτρου *ortum videtur*).

diamitros persona comica mitra tecta GLOSS. *a* mitra.

diānāria *herba v. nom. propr.* Diana.

dianatheton, -ī *n.*, διανάθετον. *t. t. math.*: ISID. orig. 3, 12, 2 -on grammon figura plana (*seq. figura*).

diānecōs *adv.*, διανεκῶς. *i. q. uno tenore*: SCHOL. Hor. sat. 1, 1, 114/5 totus iste versus -os est.

dianoea, -ae (-as) *f.*, διάνοια. *t. t. rhet. i. q. sententia, figura sententiarum*: CHAR. gramm. I 283, 16 schema -as a schemate lexeos hoc distat quod . . . alterum in contemplatione animi sensusque versatur *seqq. 15 species* (DIOM. gramm. I 443, 11 DON. gramm. IV 395, 8). IVL. RVF. rhet. 18 p. 43 -a haec figura fit proprie cum proponitur non id quod fieri oportet, sed quod fit. applicatur huic figurae etiam χρεία, sententia necessaria. POMP. gramm. IV 299, 19 schemata -as ad oratores pertinent, ad grammaticos lexeos (300, 28 DON. gramm. IV 397, 5 GRAMM. suppl. 180, 23. 268, 27). RVT. LVP. 1, 1 *in titulo* schemata -as ⟨et lexeos⟩ ex Graeco vorsa Gorgia. DIOM. gramm. I 440, 25 DON. Ter. Hec. 46. 58. 551. 810 Phorm. 232. 294 MART. CAP. 5, 561.

dianomē, -ēs *f.*, διανομή. *fere i. q. distributio sportularum*: PLIN. epist. 10, 116, 2 in speciem -es incidere (TRAIAN. Plin. epist. 10, 117, 1).

diapantōn, διὰ πάντων. *i. q. omni ex parte*: CORP. XIV 2977 pantomimo sui temporis primo, hieronicae solo in urbe coronato -on ab impp. . . . Severo et Antonino (VI 10117 ton dia panton [*i.* τῶν διὰ πάντων]. X 3716. *cf. Dessau ad n. 5189*). *fortasse huc pertinet* AMBR. in psalm. 118 serm. 5, 21 dia panton (*trad.* pantos) enim omne tempus significat et per omnia.

diapasma, -atos *n.*, διάπασμα. *i. q. pulvis quidam odoriferus, pastillus, unguentum* (SCHOL. Hor. sat. 1, 2, 27): PLIN. nat. 13, 19 siccis odoribus constant quae -ta vocantur. 21, 125. 133. MART. 1, 88, 5 quid quod olet gravius mixtum -e virus? *cf. de re Daremberg-Saglio dict. 3, 157.*

×diapāsōn, διὰ πασῶν *sc.* χορδῶν. *t. t. musicae: definitur*: PLIN. nat. 2, 84 septem tonis effici quam -on harmoniam vocant, hoc est universitatem concentus. CENS. 13, 5 in quibus *sex tonis* sit -on symphonia. PS. CENS. frg. 12, 5 sex *toni* -on. MACR. somn. 1, 6, 43 -on constat ex duabus *symphoniis* id est diatessaron et diapente (1, 6, 44). 2, 1, 17 MART. CAP. 7, 737. 9, 951 -on autem sonos habet octo, spatia septem, tonos sex *eqs.* CASSIOD. art. 5 p. 1210^{A} -on symphonia est quae etiam diocto dicitur, constat ex ratione diplasia, hoc est duplex. fit autem per sonitus octo, unde et nomen accepit, sive diocto sive -on . . . -on ergo dicta est quas ex omnibus sonitibus constans *eqs.* 5 p. 1211^{C} var. 2, 40, 6. VITR. 1, 1, 9. 5, 4, 7 graeceque συμφωνίαι dicuntur sex, diatessaron, diapente, -on et disdiatesseron et disdiapente et disdiapason. 5, 5, 5 *al.* CENS. 10, 11. 11, 3 CHALC. comm. 35. 44. 45. 46 MART. CAP. 2, 107. 108. 199. 7, 733. 9, 944. 950 BOETH. arithm. 1, 1 p. 11. 2, 48 p. 156 mus. 2, 20 *al.*

×diapente, διὰ πέντε. 1 *t. t. musicae: definitur*: CENS. 10, 10 alia symphonia trium *tonorum* et hemitonio quam vocant -e. 13, 4 tres *toni* et dimidius -e. MACR. somn. 1, 6, 43. 2, 1, 16. 25 -e constat ex tribus tonis et hemitonio et fit de hemiolio. BOETH. mus. 1, 18 -e consonantia vocum quidem est quinque, intervallorum quattuor, trium tonorum et minore semitonio (1, 34 MART. CAP. 9, 951). CHALC. comm. 44 secunda symphonia, quae ex quinque primis modulis constat, -e cognominata est. CASSIOD. art. 5 p. 1210^{A} -e symphonia est quae constat ex ratione hemiola et fit ex sonitibus quinque, unde etiam nomen accepit. p. 1211^{A}. VITR. 1, 1, 8. 16. 5, 4, 7 *saepe.* CENS. 10, 9. 11. 11, 3 *al.* CHALC. comm. 45. 46 *al.* FVLG. myth. 3, 9 MART. CAP. 2, 107. 9, 950 BOETH. arithm. 2, 48 p. 159 mus. 1, 7. 10. 2, 25. 5, 18 *persaepe.* CASSIOD. art. 5 p. 1210^{B} *al.* 2 *t. t. medicorum i. q. potio ex quin-*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

que speciebus composita, ἡ διὰ πέντε ἀντίδοτος: VEG. mulom. 1, 64 quam *potionem* specierum numero -e graeco vocabulo nuncupant. PELAGON. 5 ad omnem morbum ... to -e *seqq. quinque species.* 449 VEG. mulom. 1, 10, 6. 1, 11, 9. 1, 15, 2 *persaepe.* CAEL. AVR. chron. 4, 7, 101 *al.*

*****diaphōnia,** -ae *f., διαφωνία. t. t. musicae*: ISID. orig. 3, 19, 3 cuius (*sc. symphoniae*) contraria est -a, id est voces discrepantes vel dissonae. GLOSS. -a dissonantia. *al.*

diaphora, -ae *f., διαφορά. t. t. rhet.*: RVT. LVP. 1, 12 -a: hoc schema est, cum verbum iteratum aliam sententiam significat ac significavit primo dictum ... in Ennio (*scaen. 408*). *i. q. differentia*: IVL. VICT. rhet. 11 p. 411 *est* -a inter utrumque (*sc. epicheirema et enthymema*).

*****diaphorēsis,** -is *f., διαφόρησις.* **1** *t. t. rhet.*: SCHEM. dian. 33 (rhet. p. 75) -is differentia personarum: Cicero in Phil. (2, 42) ille ... tu. CASSIOD. in psalm. 36, 22 per quam *figuram -is* fit differentia personarum, inter iustum et impium contrariam sibi distantiam facit. **2** *t. t. med.: i. q. defectio, dissolutio virium*: THEOD. PRISC. log. 35 *est* totius corporis et virium plena resolutio, quam cardiacam -in appellamus. CAEL. AVR. acut. 1, 3, 38 quibusdam -is, quibusdam spasmus. 1, 11, 85 ne latenter effusione frequenti aegrotantes in -in veniant. 1, 15, 143 defectio atque -is sequitur. 2, 33, 182. 2, 37, 217 occulta -i contabescunt. *al.* *i. q. sudatio, evaporatio*: DIOSC. 5, 33 -in praestat. 5, 150. CAEL. AVR. acut. pr. p. 482 cardiace -in: sudor cardiaci (*cf.* GLOSS. III 599, 52). 1, 9, 68 occulte in -in venire posse aegrotantes ... frigus -in ... temperat. 2, 33, 175 aiunt disiectionem sive -in ... fieri. 2, 36, 189 parva enim passio -in pati non potest. 2, 37, 205. PHILAGR. med. 3 p. 102 quodsi calidus non multum extiterit locus, in quo phlegmone est et necesse sit -in fieri. ORIBAS. eup. 2, 1 syn. 4, 13 *saepe.*

*****diaphorēticus,** -a, -um, *διαφορητικός. t. t. med.: quod diaphoresin movet, praecipue de sudando, hic illic de alvo solvenda, necnon de cardiaco*: GLOSS. -a *διὰ σπερμάτων.* SORAN. p. 99, 5 melinen -um a foris bene imponimus. PHILAGR. med. 4 p. 114 *malagma* quod multum -um i. e. malacticum facit ad hypochondriorum tensuras, solvit enim duritias. p. 116 -a et malactica medicamenta (DIOSC. 5, 132 CASS. FEL. 17 p. 24). THEOD. PRISC. log. 35 est autem totius corporis et virium plena resolutio quam cardiacam -in appellamus. DIOSC. 1, 29 oleum virtutem habet calidam et -am (1, 32. 138. 2, 145 *persaepe sim.* ORIBAS. eup. 2, 115). 5, 33 *al.* CAEL. AVR. acut. 1, 17, 166 -am facit solutionem. 2, 10, 74 per immodicum fluxum -us ... affectus. 2, 36, 189 signa futuri sudoris -i an salutaris. CASS. FEL. 18 p. 26 -is cataplasmatibus (21 p. 35). 21 p. 34 -is adiutoriis. 52 p. 136 *sanatio* in frigidiori *podagra* calefactoria et eiectoria quam Graeci -am vocant. ORIBAS. syn. 1, 7 unctionibus. 1, 28 balnea. 6, 26 oleum. eup. 2, 1 A 9 folia. 2, 1 A 23 *saepe. nota comparat. Graecum*: ORIBAS. eup. 2, 1 A 36 leptomerestera et -cotera est. 2, 1 B 8 *herba* -cotera. 2, 1 E 3 vetus oleus -coterus. *substantivi vice i. q. cardiacus*: THEOD. PRISC. log. 38 *cataplasmata* -is ordinata sunt. CAEL. AVR. acut. 2, 32, 171 gravius -um delirare. 2, 36, 188 -os adiuvantes.

diaphorico, -āre *cf.* diaphoreticus. *i. q. solvere*: DIOSC. 2, 105 *coliculus agrestis* vulnera sordida purgat et -at humoris (2, 122 W. *δύναμιν ἔχει ... διαφορητικὴν οἰδημάτων*).

*****diaphragma,** -atis *n., διάφραγμα. t. t. med. i. q. transversum saeptum* (CELS. 1 pr.), *discrimen* (CAEL. AVR. chron. 1, 4, 75. 2, 11, 127. 5, 10, 99), *discretorium* (CAEL. AVR. chron. 2, 12, 143): VINDIC. gyn. p. 438^{g} superposita sunt praecordia quod Graeci frenans (*i. φρένας*) vel -a vocant. CAEL. AVR. chron. 1, 4, 90 quo *loco* discernitur venter quem -a vocant. *nota scripturam*: VINDIC. gyn. p. 439^{d} diafraima (*ut saepe alibi* i *pro* g). p. 439^{c} -an (*acc. sing.*). GLOSS. III 599, 38 deagfragma. HIPPOCR. progn. 19 *al.*

diap(h)thora, -ae, *διαφθορά. t. t. med.*: CHIRON 256 corruptio sanguinis quam Graeci -am appellant (266. *cod.* dyafora).

diaporēsis, -is *f., διαπόρησις. t. t. rhet.*: AQVILA rhet. 10 -is addubitatio. hac utimur cum propter aliqua volumus videri addubitare et quasi ab ipsis iudicibus consilium capere (= MART. CAP. 5, 523). *sim. definit* IVL. RVF. rhet. 9 (SCHEM. dian. 32) CASSIOD. in psalm. 129, 3. 138, 6. *afferri solent haec exempla*: CIC. Verr. 5, 5 Cluent. 4 dom. 22 or. frg. A VIII 1. DON. Ter. Ad. 625. 789 Eun. 1044 Phorm. 186 Hec. 361. 516 SCHOL. Stat. Theb. 1, 41. 3, 551.

diaporēticus, -a, -um, *διαπορητικός.* FORTVN. rhet. 1, 10 p. 89 quod est -um? in quo addubitatio est nec quidquam certi affertur (*agitur de genere quodam controversiae*).

*****diapsalma,** -atis (*apud* HIL. -ae: psalm. 51, 11. 19. 65, 27; -ī: 53, 9. 65, 16. 142, 8) *n., διάψαλμα. t. t. musicorum i. q. intervallum, pausatio. longas definitiones exhibent*: HIL. psalm. instr. 23 -a quod interiectum plurimis psalmis est cognoscendum est demutationem aut personae aut sensus (in psalm. 2, 8 CASSIOD. in psalm. praef. 11 ISID. orig. 6, 19, 16) sub conversione modi musici incohari aut sicubi -a intercesserit aut aliquid aliud dici aut etiam ab altero dici aut in altero artis musicae modulo cantari intellegendum sit. HIER. epist. 28 *inscribitur et tota est* de -e, *ex. gr.*: 28, 2, 1 quidam -a commutationem metri esse dixerunt, alii pausam spiritus (GLOSS. -a spiritus pausat), nonnulli alterius sensus exordium, sunt qui rhythmi distinctionem et ... cuiusdam musicae varietatis nobis nihil horum videtur, cum Aquila ... sela (*hebr.*) hoc est -a ... semper transtulerit (AVG. in psalm. 4, 4 EVCHER. instr. 2 p. 145 GREG. TVR. in psalm. praef. ISID. orig. 6, 19, 14 GLOSS. III 515, 24. IV 229, 9) ... -a est indicium silentii *eqs.* ISID. orig. 6, 19, 15 quidam vero Graecum verbum existimant quo significatur intervallum psallendi ... -a vero interpositum in psallendo silentium *eqs.* HIL. in psalm. 2, 9. 51, 11 intercessio -ae (51, 19. 142, 8). 53, 9 interventu -i. 65, 16 interiectio -i. *al.* OPTAT. 4, 3 p. 104, 19 AMBR. in psalm. 38, 23 HIER. epist. 26 tract. in psalm. 75 p. 46, 8 in Hab. 2, 3 *saepe.* PS. RVFIN. in psalm. 9, 20 interposito -e. *al.* CASSIOD. in psalm. praef. 16 p. 22^{B} -a tantum interiecta. 86 div. 1396 *al.*

diapsōricus, -a, -um, **διαψωρικός; cf. ψωρικός, ψωρά. collyrium*: MARCELL. med. 8, 206 collyrium -um. INSCR. ocul. (Corp. XIII 10021) *cf.* ind. p. 605 (*scribitur etiam* diabs-, dabs-, diasp-, diasph-).

diapsȳchon (*διαψῦχον*) epithema PLIN. VAL. 1, 6. *i. quod frigidat.*

diapȳrion *v.* zopyrion. **diaqueticus** *v.* diachyticus.

diaristolochia *v. p. 951, 65.*

*****diārium,** -ī *n.* [*a* dies. *Th.*]. CHAR. gramm. I 33, 29 neutra semper pluralia ... -a (PROB. app. gramm. IV 196, 11 EXC. Bob. gramm. I 550, 3. *sed hoc nonnisi ad 2 pertinet* [*ex coni.* CAES. civ. 3, 53, 6]).

1 *i. q. commentarius diurnus, ephemeris*: ISID. orig. 1, 44, 1 ephemeris ... appellatur unius diei gestio; hoc apud nos -um vocatur, nam quod Latini diurnum, Graeci ephemerida dicunt. *cf.* GLOSS. IV 228, 24 -a actio (*an* actiones?) sed unius diei. 56, 41 acivos et unius diei (*sed cf. l. 31*). ASELL. hist. 1 quasi qui -um scribunt quam Graeci *ἐφημερίδα* vocant. *cf.* GELL. 5, 18, 7. **2** *i. q. cibaria diurna, victus diurnus servorum, militum, captivorum sim. notione vilitatis ubique subeunte*: GLOSS. -um *σιτόμετρον. ὀψώνιον.* a cibo, sed unius diei (*cf. l. 26*). CIC. Att. 8, 14, 1 iis -is (dictis *nonnulli codd.*, congiariis *Klotz*) militum celeritatem incitat. HOR. epist. 1, 14, 40 cum servis urbana -a rodere mavis. SEN. contr. 9, 4 (27), 20 introductus est ex carcere in senatum postulaturus, ut -a acciperet. PETRON. 24 post asellum -a non sumo (*proverbialiter i. post delicias vilia non curo*). CORP. IV suppl. 4000. 6733 (*periit*) ex XIIII. K. Apriles -a reliquimus (VLP. dig. 34, 1, 21 -is vel cibariis relictis). PETRON. 75 thraecium (*i. armaturam*) sibi de -is fecit, archisellium de suo paravit. MART. 11, 108, 1 Lupus usuram puerique -a poscunt. SCAEV. dig. 34, 1, 20, 1 publica -a et vestiaria praestari. *nota de bestiis*: PETRON. 136 *anseres* solebant ab anu -a exigere. **3** *i. q. merces cotidiana*: GLOSS. -um est salarium. -a cottidianaria (?) salaria.

*****diarrhoea,** -ae *f., διάρροια. traditur* diarria *ex. gr. ap.* THEOD. PRISC. ORIBAS. ISID. GLOSS. *i. q. defluxio, solutio ventris. fuse definit* CAEL. AVR. acut. 3, 19, 192. 3, 22, 220. *cf. etiam* ISID. orig. 4, 7, 35 -a iugis ventris cursus sine vomitu. GLOSS. -a passio circa colum et intestina quae per ventrem sola diffinitur. CIC. epist. 7, 26, 2 tanta -a me arripuit (*sed fortasse Graecis litteris scripsit*). THEOD. PRISC. log. 37 CAEL. AVR. acut. exc. tit. 15 pr. p. 482 *al.* ORIBAS. syn. 1, 6 eup. 2, 1 B 10. *nota*: ORIBAS. syn. 9, 56 mihi ... videtur renum esse passionem diabitem quam aliqui ydropem ... alii autem -am, hoc est fluxum urinarum, aliqui vero diabitem ... vocant.

diarrhoicus, -a, -um, *διαρροϊκός. qui diarrhoia laborat*: THEOD. PRISC. log. 37 -i sola ventris molestia.

diarrhytos *v. nom. propr.* **dias** *v.* dyas.

diasceua, -ae *f., διασκευή. t. t. rhet. i. q. una ex octo speciebus narrationis*: FORTVN. rhet. 2, 19 p. 112 est et -a quae res gestas non tam docet quam exaggerat.

diaschisma, -atis *n., διάσχισμα. t. t. music.*: BOETH. mus. 3, 8 p. 278 schisma est dimidium commatis, -a vero dimidium dieseos.

*****diasōsta,** -ae *m., διασώστης. i. q. ducum militarium genus, comes principis*: NOVELL. Iust. 130, 1 iudicum et tribunorum et comitum et -arum (*διασωστῶν*) et delegatorum. 130, 6 principes militiae et quocumque modo -as ... exercitus (*διασώζοντας τὸ στράτευμα, sc. qui deducunt*). *al.*

diastasis, -is *f., διάστασις.* ISID. diff. 1, 563 alii putant propter dissensionem animorum seditionem vocari quam Graeci -in vocant.

diastēma, -atis *n., διάστημα.* diastima *traditur apud* CHIRON. *dat. plur.* -atis: CENS. 13, 1. *formas primae coniugationis exhibent* CHIRON 6 -am (64). VEG. mulom. 1, 22, 3. *paenultimam corripit* SIDON. carm. 15, 64 diastĕma quintum.

i. q. spatium, intervallum, distantia: **1** *sensu locali*: BALB. grom. p. 102, 14 ex uno duorum punctorum -e. p. 102, 20 aequali -e conexi (p. 107, 14 HYG. grom. p. 183, 6). CHIRON 64 per longum ad -am oculi. 100 ut -a unius digiti in medio remaneat. SIDON. epist. 8, 11, 9 -ta zodiaca. CLAVD. MAM. anim. 1, 25 p. 92, 7 -ta planorum siderum vel circulorum vias vel cingulorum intervalla rimari. PASS. Felicit. 7 inter me et illum grande erat -a. **2** *sensu temporali*: **a** *speciatim: t. t. music.*: CENS. 10, 3 discrimen quo alter *φθόγγος* acutior est, alter gravior appellatur -a. CHALC. comm. 44 haec ipsa (*sc. principales partes canorae vocis*) constant ex certo tractu pronuntiationis quae dicuntur -ta. MART. CAP. 9, 948 -a est vocis spatium, quo acuta et gravior includitur. ISID. orig. 3, 20, 5 -a est vocis spatium ex duobus vel pluribus sonis aptatum. CENS. 10, 4 inter

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

infimam summamque vocem multa esse possunt . . . -ta. 10,11 -a facere diapason. 13,1 intervalla musicis -tis congrua. 13,5 CHALC. comm. 44 *al.* IREN. 3,7,1 FVLG. myth. 3,9 p. 76. 3,10 p. 78 MART. CAP. 9,950. 954 SIDON. epist. (carm. 14) 2 carm. 15,64. *t. t. medic. fere i. q. ieiunium*: CHIRON 6 ut minus cibetur, ut possit per -am compositio corpori esse (= VEG. mulom. 1,22,3). 186. **b** *generatim i. q. intervallum*: PS. SORAN. puls. p. 278,20 -a pulsus sui servantes. PS. THEOD. PRISC. add. p. 328,21 -a faciat. CASS. FEL. 72 p. 173 post -a temporis modicissimi.

diastēmaticus, -a, -um *a* διαστηματικός. MART. CAP. 9,937 horum illa *vox* quam in divisas partes certasque deducimus, -a nominatur et ei parti quae harmonica vocatur aptanda est. *adde*: BOETH. mus. 1,12 omnis vox aut συνεχής est quae continua aut διαστηματική.

×diastolē, -ēs *f. a* διαστολή. **1** *t. t. gramm. i. q. distinctio, disiunctio, virgula* (*opp.* hyphen, apostrophe): DIOM. gramm. I 435,11 huic (*sc. hyphen*) contraria est -e (SERG. gramm. IV 484,14), dextera pars circuli ad imam litteram apposita. hac nota male cohaerentia discernuntur ut est 'conspicitur sus' (DON. gramm. IV 372,5 SERG. gramm. IV 482,12 MAR. VICTORIN. gramm. VI 194,3 GRAMM. suppl. 230,10 ISID. orig. 1,18,7. BEDA gramm. VII 271,18 -e graece, latine interdictum *eqs.*). PS. PRISC. gramm. III 520,10 -e quae distinctio latine dicitur *eqs.* POMP. gramm. V 132,6 accentus tres, hyphen, apostrophe, -e. **2** *t. t. rhet.*: **a** *i. q. separatio*: PS. IVL. RVF. schem. dian. 11 p. 50 *v. sub* diacope. **b** *i. q. explicatio*: DON. Ter. Eun. 515 dolo malo: quod autem addidit 'malo' aut ἀρχαϊσμός est . . . aut ἐπίθετον doli est perpetuum aut -e quia est et bonus. Ad. 377 istum maximum: -e, quia erant alii non maximi. SERV. georg. 3,458 arida febris: ad -en ait aridam, quod febris est etiam frigida. **c** *i. q. differentia*: MACR. sat. 3,6,13 Asper κατὰ -en, inquit, Potitiorum (*sc. ait* VERG. Aen. 8,270 Pinaria). **3** *t. t. medic.*: *i. q. allevatio*: PS. SORAN. quaest. med. 149 quid est -e? allevatio vel emissio aut percussio arteriae longitudine latitudine et profunditate sensibilis. PS. SORAN. quaest. med. 147 quid est sphygmos? pulsus qui fit per -en, id est allevationem arteriae et systolen id est arteriae depositionem a corde venientis. **4** *t. t. architect.*: GRAMM. suppl. 229,33 proprie autem -e (*ante agitur de accentu*) est intercolumnium id est spatium quod fit inter columnas. stole enim dicitur columna, inde -e dicitur disiunctio.

diastoleus, -ī *m.*, διαστολεύς. *i. q. dispunctor rationum, contrascriptor*: COD. Iust. 10,71(69),4 boethos logistarum . . . -os quae vocabula publicis dicuntur subiacere necessitatibus.

diastrophē, -ēs *f.*, διαστροφή. *i. q. distortio oculorum*: INSCR. ocul. (Corp. XIII 10021) 178 ⟨diac⟩hol(es) ad dias(trophen).

diastylos, -on *m.* [*διάστυλος, *cf.* σύστυλος. *Th.*]. *t. t. architect.*: *i. q. rariores columnas habens*: VITR. 3,3,1 species autem aedium sunt quinque . . . pycnostylos, id est crebris columnis, systylos paullo remissioribus . . . -os amplius patentibus . . . araeostylos . . . eustylos. 3,3,3. 10. 3,4,3. 4,3,7.

diasyrmos, -ī *m.*, διασυρμός. *t. t. rhet. i. q. elevatio vel depressio*: AQVILA rhet. 15 p. 26 -os elevatio vel irrisio ea figura est qua ludentes quae dicuntur ab adversariis dissolvimus, qualis est ille locus pro Murena (*25 sqq.*) in Sulpicium totus de iure civili (= MART. CAP. 5,525). ISID. orig. 2,21,42 -os ea quae magna sunt verbis minuit aut minima extollit. COMMENT. Lucan. 8,360 nunc tantas ille lacessit: in -o legendum.

diasyrticus, -a, -um, διασυρτικός. *i. q. duplex, irridens*: SCHOL. Ter. p. 122,8 -i vocantur qui vera loquentes auditores decipiunt. unde et -a narratio dicitur quae licet veraciter dicatur, ab auditoribus non creditur sicut hoc loco. GLOSS. -a locutio id est duplex. SPART. Carac. 10,5 non ab re est etiam -um quiddam in eum dictum addere. SERV. Aen. 2,80 oratio. SCHOL. Iuv. 5,45 figura -a in Vergilium. HIER. adv. Rufin. 1,1 praedicationis -ae strophis . . . lusisse. *adv.* **diasyrticē** *i. q. per irrisionem*: SERV. Aen. 2,142 deridet. 2,158 loquitur. 2,193 an -e? SCHOL. Hor. ars 300 -e dicit Horatius (SCHOL. Iuv. 7,227 -e dixit detrahendo). *graece* **diasyrticōs**: DON. Ter. Ad. 427 -os 'sapientia' dixit *eqs.*

×diatessarōn *a* διὰ τεσσάρων. *t. t. musicorum cf.* diapason *p. 952,61 et* diapente *p. 952,72.* *definitur ex. gr.*: PS. CENS. 12,5 toni duo et dimidius -on nominantur. CHALC. comm. 44. 46 MACR. somn. 2,1,25 BOETH. arithm. 1,1 CASSIOD. art. 5 p. 1210ᴰ MART. CAP. 7,733. 737. 9,950. 951. VITR. 1,1,8. 16. 5,4,7 *persaepe.* CENS. 10,11. 11,3 *al.* CHALC. comm. 35 epitritus in calculando idem est qui -on dicitur in canendo. 45 SCHOL. Hor. Vind. ars 203 FVLG. myth. 3,9 MACR. somn. 1,6,43. 2,1,15 *al.* MART. CAP. 2,107 *al.* BOETH. mus. 1,10 -on quae est consonantia minima. *al.* *t. t. architect.*: TREB. Gall. 18,5 ut primus ordo (*sc. porticus tetrastichae vel pentastichae*) pilas haberet . . ., secundus et tertius et deinceps -on (*i. inter quaternas pilas*) columnas. *t. t. medic., i. q. medicamentum ex quattuor speciebus compositum* (*cf.* diapente): MARCELL. med. 20,95 *al.* PLIN. VAL. 3,22 CASS. FEL. 28. 66. 69. 78 *al.* CORP. XIII 10021,177 diatesseri(u)m (*sic*).

diathēcē, *plur.* -ae *f.*, διαθήκη. GLOSS. -e testamentum. -ae testamenta.

diathesis, -is *f.*, διάθεσις. *t. t. grammat. i. q. genus, species verborum*: MACR. exc. gramm. V 599,14 accidunt verbis utriusque linguae numeri, figura, coniugatio, tempus, modus quem Graeci enclisin vocant, Latini, cum formis in qualitate posuerunt genus, quod apud Graecos -is nuncupatur. *t. t. medic. i. q. morbus, passio, plerumque oculorum*: MARCELL. med. 8,195 hoc collyrium facit ad scabritudines et -es *tollendas* (INSCR. ocul. [Corp. XIII 10021] 110. 159). CAEL. AVR. acut. exc. pr. p. 480 stomatici (*i. stomachici*) -is. CASS. FEL. 1 p. 2 est cephalaea ex omni parte capitis inveterata passio quam Graeci chronias -es vocant. 23 reumatice -is id est reumatica passio. INSCR. ocul. (Corp. XIII 10021) p. 607 *persaepe.*

? **diathima** distributio GLOSS. *fort.* διάθεμα.

diathyron, -ī *n.*, διάθυρον. VITR. 6,7,5 prothyra graece dicuntur quae sunt ante ianuas vestibula, nos autem appellamus prothyra quae graece dicuntur -a. *cf. de re Marquardt-Mau, Privatl. p. 236, 8.*

diātim *adv. a* dies. GLOSS. -m per singulos dies. de die in diem.

×diatonicus, -a, -um, διατονικός. *t. t. architect.* (*cf. l. 26*): PLIN. nat. 36,172 medios parietes farcire fractis caementis -on (*sc. opus*) vocant (*corr. Jan*, diatonichon *B*, diemedion *F*). *t. t. musicorum* (*v. infra l. 32*): MART. CAP. 9,949 alia *diastemata* convenientia, alia discrepantia, . . . alia -a. 9,959 sex sunt notae *tetrachordorum divisiones*: -ae duae, mollis una, altera robusta. 9,963 quod est in modulatione -a situm. BOETH. mus. 1,22. 23 -i generis quinque tetrachorda (4, 6 p. 318). *al.*

×diatonus, -um, διάτονος. *t. t. architect.*: VITR. 2,8,7 interponunt singulos *lapides* crassitudine perpetua utraque parte frontatos quos -os (*sic trad.*) appellant qui maxime religando confirmant parietum soliditatem. *de re v. Blümner, Technologie III p. 145.* *substantivi vice* (*quid sit, non satis constat*): CORP. VIII 1273ᵏ ⟨di⟩atonis et exedris cum statuis. 14879 ⟨colum⟩nis et ziatonibus (*sic*). *t. t. music., genus modulationis*: VITR. 5,4,3 genera vero sunt modulationum tria, primum quod Graeci nominant harmonian, secundum chroma, tertium -on . . . -i vero quod naturalis est, facilior est intervallorum distantia . . . -o toni duo sunt continuati. PS. CENS. 12,1 modulatio est modorum prudens dispositio, eius tres species, -os, chroma, harmonia. MACR. somn. 2,4,13 melodiae musicae tria genera: enharmonium, -um et chromaticum . . . medium, id est -um, mundanae musicae doctrina Platonis ascribitur. MART. CAP. 9,942 enarmonios, chromaticos, itemque -os (*sic β, rell.* -us) quam extentam dicimus, indicia sunt generum modulandi. VITR. 5,4,6. 5,5,3. 5 *al.* MART. CAP. 9,954. 956. 957. 964. 966 BOETH. mus. 1,15. 21. 22 *al.*

diatrētārius, -ī *m.* [*a* diatretum (-a). *Th.*]. *qui vasa diatreta facit*: COD. Theod. 13,4,2 (*a. 337*; = COD. Iust. 10,66) -i *in longa artificum enumeratione.*

diatrētus, -a, -um, διάτρητος. *i. q. perforatus*: VLP. dig. 9,2,27,29 si calicem -um faciendum dedisti. *inde subst. n. pl.* diatrēta (*sc. vasa*): MART. 12,70,9 o quantum -a valent et quinque comati. *cf. de re Mau, PW. V 352 sq.* *i. q. diatretis similis*: PAVL. NOL. epist. 32,13 paries . . . quasi -am (*Ducange*, diatritam *codd.*) speciem . . . praebet.

diatriba, -ae *f. a* διατριβή. GLOSS. -as conflictus. dissensiones vel disputationes. *i. q. schola*: GELL. 1,26,1 interrogavi in -a Taurum *eqs.* 13,5 tit. Aristotelis successorem -ae suae eligentis (13,5,2 loci sui et magisterii). 17,20,4 me . . . recens in -am acceptum. 18,13,7 dialectico ex Platonis -a.

diatritaeus, -a, -um, *διατριταῖος; *cf.* diatritos. *i. q. triduanus*: CAEL. AVR. acut. 1,3,35 alienatio intra -um vel post -um tempus.

×diatritos, -ī *f.* (*m.* SORAN. *l. 65*) *a* (ἡ) διάτριτος (*sc.* ἡμέρα). *t. t. medic. i. q. spatium ternorum dierum, praecipue primum triduum, ex quo quis aegrotare coepit*: CAEL. AVR. chron. 1,3,57 abstinentia usque ad tertium diem, quem Graeci -on vocaverunt (*cf.* 1,4,81. 2,1,20 ceteris trinis diebus, quas -on Graeci vocaverunt. 2,7,97). PHILVM. med. 2 p. 30 post -um . . . admiscebis pani uvas. SORAN. epit. 69 post duos . . . -os, id est sexta die, balneum utendum est. CAEL. AVR. acut. 1,3,39 post primam -on. 2,6,26. 28. 32 in alia . . . -o (chron. 1,1,16). 3,16,127 *al.*

diatypōsis, -is *f*, διατύπωσις. *t. t. rhet.*: AQVILA rhet. 2 p. 23 (*de* λεπτολογία) quod si hoc ipsum esse aliqui -in, hoc est descriptionem volunt. MART. CAP. 5,524 -is est descriptio vel deformatio cum rebus personisque subiectis et formas ipsas et habitus exprimimus (= CASSIOD. in psalm. 30,11. 90,1 *exemplum ex* CIC. *Mil. 54 sumptum*). CASSIOD. in psalm. 125,4 -is id est expressio habitus. *i. q. dispositio*: GREG. M. epist. 10,8 ne quid super -im auderet expendere (*in eleemosynando*). PELAG. Greg. M. epist. app. 2 p. 441 super illam -in (*traditur* diacoposin).

[**diavivet**] *v.* diabius.

? **diaula**, *acc.* -an *f.* *nomen herbae nepetae*: PS. APVL. herb. 93 *cf.* DIOSC. 3,35 W.

diaulos, -ī *m.*, δίαυλος. VITR. 5,11,1 in palaestris peristylia . . . ita sunt facienda, uti duorum stadiorum habeant ambulationis circumitionem quod Graeci vocant -on. HYG. fab. 273 his ludis vicerunt Zetes . . . dolichodromo, Calais . . . -o. *de re cf. Jüthner, PW. V 354.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

diaxylon *n.*, διάξυλον. *nomen herbae aspalathi*: PLIN. nat. 24, 112 quem *fruticem* alii erysisceptrum, ... Syri -on vocant. DIOSC. 1, 20. GLOSS. aspaltum -on. diaziron. *v.* aspalathus *vol. II p. 798, 34.*

***diazeuxis,** -is *f.*, διάζευξις. *t. t. rhet. i. q. diaeresis*: VLT. SYLL. gramm. IV 263, 21 *v. sub* diaeresis. *t. t. musicorum*: BOETH. mus. 1, 20 disiunctio quae vocatur -is. 1, 25 -is appellatio quae disiunctio dici potest, quotiens duo tetrachorda toni medietate separantur. *al.*

diazōgraphus, -a, -um, διαζωγράφος. *i. q. imaginibus illustratus*: PS. AGENN. grom. p. 7, 21 quem *libellum* -um nuncupavimus (p. 26, 26).

diazōma, -atis *n.*, διάζωμα. *t. t. architect. i. q. praecinctio theatri*: VITR. 5, 6, 7 gradus, -ta, pluteos, itinera, ascensus, pulpita, tribunalia.

dībacchātio (QVEROL. p. 40, 14) *v.* debacchatio.

dībacchor (IORD. Rom. 352. 369) *v.* debacchor.

dībālo, -āre [*a* dis *et* balare. *Th.*]. CAECIL. com. 249 tantam rem -are ut pro nilo habuerit (*i. q. differre, cf.* VARRO ling. 7, 103).

dibaphus, -a, -um, δίβαφος (*graece l. 25*). *i. q. bis tinctus* (*de vestibus, lanis; cf. Blümner, Technol. I 235*): NEP. frg. 17 -a Tyria (PLIN. nat. 21, 45 in purpuras Tyrias -asque. PORPH. Hor. epod. 12, 21 purpuram Tyriam significat quae iterum [*cf.* STAT. silv. 3, 2, 140], id est bis tingi conchylio dicitur, unde hodieque -us appellatur. carm. 2, 16, 35/37 CASS. FEL. 42). HIER. epist. 64, 18, 2. *subst. n. i. q. vestimentum purpureum magistratus, metonymice i. q. magistratus*: CIC. Att. 2, 9, 2 Vatinii strumam sacerdotis -ῳ vestiant. epist. 2, 16, 7 Curtius noster -um cogitat, sed eum infector moratur (*i. magistratum petivit, sed deiectus est*).

dībatuo *v.* debattuo. **dibia** (NOT. Tir. 113, 28) *v.* dipsas.

***dibrachys** (-us, -ī) *m.*, δίβραχυς. *t. t. metricorum*: DIOM. gramm. I 475, 9 binarum syllabarum sunt hi primus pes -ys, bibrevis, pyrrichius vel pariambus vel hegemon graece dicitur. constat ex duabus brevibus temporum duum, ut deus (PS. BASS. gramm. VI 307, 4). CLEDON. gramm. V 30, 22 MAR. VICTORIN. gramm. VI 44, 13. 119, 17. 152, 3. 167, 30 -y. 207, 10 AVDAX gramm. VII 334, 7 TER. MAVR. 1365 *al.*

dībūcino, -āre. PAPIR. Cassiod. gramm. VII 163, 12 *inter exempla vocis* dis *in* di *mutatae ante* b (VEL. gramm. VII 65, 8). *exempla desunt.*

dica, -āe *f.* [*a gr.* δίκη *tractum. Th.*]. *legitur inde a* PLAVTO. *desunt genet. sing. et abl., cf.* PHOC. gramm. V 428, 19 -am et -as, utriusque numeri accusativum invenimus tantum. GLOSS. -arum dictionum. *t. t. iuris i. q. causa, actio, lis, sed spectat ubique ad res Graecas*: PLAVT. Aul. 759 tibi scribam -am (TER. Phorm. 127 [SCHOL. *ad l.* tibi ingeram causam]. 329 [DON. *ad l.* δίκη graece causa est, quae fit latine -a, ut ἀκτή acta, Καλλιόπη Calliopa]. 668 CIC. Verr. 3, 37. 42. 59). Poen. 800 subscribam homini -am. TER. Phorm. 439 -am tibi impingam grandem. CIC. Verr. 3, 37 -as sortiturum Syracusis iste edixerat (*i. iudices ad litem dirimendam eligere.* 3, 38. 42. 44). 3, 38 iste omnibus -is diem distulit. FRONTO p. 54, 13 N. in -is (*Bücheler, trad.* in dicia).

dicābulum, -ī *n.* [*a dicere ductum esse videtur, cf.* vocabulum. *Th.*]. *i. q. nugae*: MART. CAP. 8, 809 *quod* semper deridebas vatum tumores -is cavillantibus saleque contenta. dicibulum: TERT. adv. Val. 20 satis meminerat Ptolemaeus puerilium -orum.

***dictito**, -āvī, -ātum, -āre [*a* dictare, dicere. *Th.*]. GELL. 9, 6, 3 esito et unctito … prima littera longa promimus et contra -o ab eo verbo, quod est dico, correpte dicimus. *ibid.* dīco…dĭctus dĭctito. GRAMM. suppl. 152, 16 *in numero frequentativorum* -o saepe dico (*cf.* PAVL. FEST. p. 166). GLOSS. λογοποιῶ. -at frequenter dicit. frequenter dictat. frequenter dictat vel dicit. -ant θρυλοῦσιν. SCHOL. Ter. p. 127 -at frequenter reprehendit. *legitur inde a* PLAVTO *et* TER., *frequentant* CIC. (*44*^{ies}) LIV. (*19*^{ies}) TAC. (*23*^{ies}); *deest* CATVLLO *et poetis dactylicis* (*praeter* LVCR. *et* HOR. epist.) SEN. rhet. *et* phil. *al.* *particip. praes. activ.* (*persaepe pro eo, quod est* dicens *vel* locutus) *usurpant* LIV. *14*^{ies} *et* TAC. *20*^{ies}, *non* CIC.; VELL. *aliam verbi formam non adhibet.* [*dub.*: SALL. Catil. 22, 2 *Catilinam* aperuisse consilium suum atque eo -are fecisse, quo *eqs.*]

1 *i. q. frequenter dicere; inde a* LIV. *notio repetitionis hic illic neglegitur, ut verbum abeat in simplicem dicendi vel declarandi significationem*: *aliquid* (*acced.* de *l. 39*): CIC. div. in Caec. 52 id, quod -as. Verr. 1, 8 ut hoc palam -et (2, 23. 131. 6, 176 Vatin. 38 Mil. 26 BELL. Alex. 58, 1 VAL. MAX. 3, 2, 17. 5, 3 ext. 3 SVET. Tib. 43, 2 palam et vulgo). 1, 28. 3, 102 haec eum -asse priore actione et *ille* dixit. 4, 136. 141 an id, quod *ille* -bat, tute de te profiterere ac -res? 4, 144 Cluent. 183 Mil. 21. de orat. 2, 56 causas (*i. saepe causam dicere. alio sensu*: GELL. 1, 13, 13 causis rationibusque, quas -bat, spretis). Att. 15, 2, 2 LIV. 9, 18, 6. PLIN. dub. serm. frg. Char. gramm. I 141, 19 ut fax faex nux … sine i genetivo plurali sunt -anda, ita contra nox falx calx…cum i pronuntianda sunt. TAC. ann. 6, 48. 12, 65. DIOM. gramm. I 383, 7 'rident' procul dubio cuncti -ant. 487, 30 GELL. 19, 5, 4. 20, 9, 3. CARM. epigr. 107, 3 hoc…etiam Hippo dicti⟨tat⟩ (*i. praedicat*). TER. MAVR. 887. ARNOB. nat. 3, 7 temeraria et impia. LACT. inst. 2, 11, 9. QVEROL. p. 43, 19 bene…tandem pro dominis solus qui haec -as (*ibid.* dico). AMM. 21, 12, 4 multis ultro citroque -atis (*item* 24, 8, 2. 27, 12, 7). 31, 16, 1 multis -atis (*Petschenig*, dictatis *V v*) et controversis. AVG. civ. 4, 26 cur…ludi scaenici, ubi haec -antur, cantitantur, actitantur…inter res divinas a doctissimis conscribuntur? (*sim.* 2, 13). SIDON. epist. 9, 15, 1 v. 40 *ille* ista rhetor altius, *ille* et *ille* politius, *ille* -asset acrius. CLAVD. MAM. anim. p. 174, 19 istum quem -as animi corporalem visum (*fere i. q. contendis, sustines*) et de temet ipso renuntiato tibi nobisque dicito. *seq. oratio recta*: SVET. Nero 49, 1 SPART. Hadr. 23, 14 AMM. 22, 5, 4. *seq. acc. c. inf.* (*saepe suppl.* esse; *omittitur subiect. et pron. reflexiv.* [LIV. 5, 8, 10] *et demonstrativ.* [VAL. MAX. 5, 3 ext. 3 TAC. ann. 13, 19. 14, 60 SVET. Iul. 30, 2 APVL. apol. 82]): TER. Haut. 22 quod malivolus vetus poeta -at repente ad studium hunc se applicasse musicum. Phorm. 4 ita -at *eqs.* 743 non, obsecro, es quem semper te esse -asti? CIC. Verr. 1, 4. 2, 131. 4, 131 *sqq.* Cluent. 38 Catil. 2, 16 dom. 15. 92 Vatin. 34 Mil. 26 Phil. 5, 32. 13, 32 rep. 3, 15 off. 3, 58 Att. 1, 12, 2 2, 1, 5. 11, 8, 2 epist. 1, 9, 16. 25 Appius in sermonibus antea -bat, postea dixit etiam in senatu palam sese *eqs.* LVCR. 2, 658 CAES. civ. 3, 32, 4. 6 BELL. Alex. 58, 1 SALL. Iug. 84, 1. NEP. Lys. 1, 4 cum hanc causam Lacedaemonii -assent (dictassent *C*) sibi esse belli. Dion 7, 3 vulgus … liberius loquebatur et tyrannum non ferendum *esse* -bat. HOR. epist. 2, 1, 27 LIV. 1, 6, 1. 1, 23, 4. 1, 49, 1. 3, 20, 8. 3, 40, 9. 4, 58, 11. 4, 59, 9. 5, 2, 2 *al.* VELL. 2, 27, 2. 2, 57, 1. 2, 58, 2. 2, 60, 2. 2, 83, 2 VAL. MAX. 3, 2, 17 PLIN. nat. 9, 114 QVINT. inst. 10, 7, 14 decl. 351 p. 380, 28 PS. FRONTIN. strat. 4, 7, 25 TAC. hist. 2, 84. 4, 68. 72 ann. 1, 14. 72. 3, 16. 18. 58 *al.* PLIN. epist. 6, 16, 13 SVET. Cal. 37, 1 Dom. 1, 3. GELL. 13, 6, 2 id vitium sermonis non barbarum esse, sed rusticum et cum eo vitio loquentes rustice loqui -bant. APVL. apol. 66 PANEG. 5, 7 LAMPR. Heliog. 8, 3 ARNOB. nat. 3, 30. 4, 21 IVST. 2, 13, 6 AVR. VICT. Caes. 3, 12 PS. AVR. VICT. epit. 12, 7 orig. 18, 2 AMM. 14, 11, 22. 15, 8, 2. 22, 12, 3. *absolute*: PLAVT. Friv. frg. 1 commodo -emus. CIC. Verr. 2, 93. 4, 151 aiunt … te ita -are. 6, 155 ut patroni tui -ant. Vatin. 38 Mil. 25. 67 Phil. 2, 42 LENT. Cic. epist. 12, 15, 4 CAES. civ. 3, 22, 3 BELL. Alex. 64, 2 MELA 2, 20. PAVL. FEST. p. 326 quare parasiti Apollinis in scaena -ent. TAC. ann. 2, 65. ARNOB. nat. 3, 30 quemadmodum vos ludere ac -are con-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

suestis. FILASTR. 121, 9. *fere i. q. scribendum dictare*: FILASTR. 142, 7 qui interpretem exciperet -antem (*videtur corrig.* dictantem, *v. p. 1012, 7*). *nota*: EPIT. Alex. 42 barbari . . . -bant (*i. illudentes quaerebant*), si Alexander se fortiorem quam Herculem putaret. *impersonaliter*: PLAVT. Trin. 99 male -atur tibi volgo (*i. tibi maledicitur*) in sermonibus: turpilucricupidum te vocant cives tui *eqs.*

adduntur per tautologiam adverbia iterativa haec: semper (CIC. Verr. 2, 131 VAL. MAX. 5, 2, 7), saepius (LIV. 3, 20, 8), saepissime (SPART. Hadr. 23, 14), identidem (SVET. Nero 49, 1), assidue (GELL. 19, 5, 4), saepe (AMM. 22, 5, 4). *cf.* LIV. 9, 18, 6 -are solent.

2 *i. q.* ***appellare, significare solere***: *acced. accusat. simpl.*: SVLP. APOLL. perioch. Ter. Eun. 1 sororem falso -atam Thaidis. AMM. 22, 8, 24 inter civitates alias Phasis est nomine fluvii -ata. 23, 6, 69 lacum ingentem eodem vocabulo (*sc. Arias*) -atum. *acced. accusat. dupl.*: CATO ad fil. frg. 1 nos, *Romanos, Graeci* . . . -ant barbaros. MET. NVM. or. frg. Gell. 7, 11, 3 si se mihi inimicum -arit. HOR. epist. 1, 16, 22 si te populus sanum recteque valentem -et. VAL. MAX. 5, 2, 7 patronum eum domus et familiae suae semper -vit. PLIN. epist. 5, 13, 10 cum alii divinum me, alii meis rapinis, meae avaritiae occursum (*ad p. 1008, 58 sq.*) per ludum ac iocum -ant. SVET. Tib. 43, 2 palam iam et vulgo nomine insulae (*sc. Caprearum*) abutentes Caprineum *Tiberium* -bant. Cal. 8, 3 quod antiqui . . . puellas pueras, sicut et pueros puellos -rent. Claud. 3, 2 mater Antonia portentum eum hominis -bat nec absolutum a natura, sed tantum incohatum. Vit. 13, 2. APVL. apol. 63 sceletum perquam impudenti mendacio -ari (*sc. simulacrum dei*). 82 quod me . . . nunc de *illius* sententia magum -ret. Socr. 15 p. 152. SOL. 5, 5 Regium a dehiscendi argumento *'Ῥήγιον'* Graeci -bant (dicita- *L'*). TER. MAVR. 512 *syllabas communes Graeci* -ent *κοινάς*. 654. AMM. 15, 13, 2 quem . . . Musonianum voluit appellari, ante Strategium -atum. 16, 10, 8 cataphracti equites, quos clibanarios -ant. 16, 12, 25 filium . . . Agenarichum genitali vocabulo -atum ad Serapionis transtulit nomen. 16, 12, 49 quae confirmatio castra praetoria -atur. 17, 7, 13. 20, 3, 4. 21, 2, 5. 22, 4, 9 pabula iumentorum, quae vulgo -ant capita. SVLP. SEV. chron. 2, 24, 1.

syn.: *ad 1*: dicere solere (CIC. dom. 92), praedicare solere (CIC. dom. 92), praedicare (BELL. Alex. 64, 2 Ps. AVR. VICT. orig. 18, 2), pronuntiare (PLIN. dub. serm. frg. Char. gramm. I 141, 19), aiebat (SVET. Claud. 3, 2). *ad 2*: appellare (AMM. 15, 13, 2). *Graeber.*

dictiuncula, -ae *f. a* dictio *deminutive. i. q. dictum* (*per contemptionem*): AVG. c. Iul. op. imperf. 4, 111 in tali causa nihil praeter episcopi, quas dicis -as protulisti (*cf. quae seq.*). *Bögel.*

***dicto,** -āvī, -ātum, -āre [*a* dicere, dictus. *Th.*]. *de origine*: PRISC. gramm. II 429, 23 *a supino* dictu *derivatur* (*item* GRAMM. suppl. 7, 18). 431, 4 traho tracto, cogo cogito, dico -o. PRISC. gramm. II 263, 21 dictus pro -atus *inter participia per syncopam prolata*. GLOSS. *ὑπαγορεύω*. -at *ἀναδίδωσιν, ὑπαγορεύει* (*cf. Haupt, opusc. II p. 511*). frequenter dicit (dictitat *b c*). -verit *καταλέξει, ὑπα⟨γορεύσει⟩*. -ante *ἐπαγορεύοντος*. *legitur inde a* LVCIL. *et* RHET. Her., *deest* CATVLLO LVCR. CAES. VERG. HOR. carm. (*sed* sat. *et* epist. 9^{ies}) TIB. LIV. CVRT. TAC. *al.* [*falso traditur*: PLAVT. Amph. 670 -are (putare *Ussing.*). AMM. 31, 16, 1 (*cf. p. 1008, 50*). *ex coni. legitur* SEN. epist. 40, 10 (*cf. p. 1011, 22*). *dub.*: AFRAN. com. 68 ⟨clam⟩ nobis (novis *ω*) -es (*Lipsius*, -is *ψ*, *om. L*, ne bis dicatis *Bücheler*).] [*it.* dettare, *francog. vet.* ditier. *M.-L.*]

i. q. frequenter dicere: **I** ***certa quadam notione finali sublatente***: **A** *quae reddantur i. q. praeire verbis*: *absolute*: PRISC. gramm. III 311, 11 Demosthenes *ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου 'αὐτὸς ἐξηγεῖτο τὸν νόμον τῷ κήρυκι' ἀντὶ τοῦ 'ὑπηγόρευεν'*. Romani 'verbis praeire' et 'iurare in verba illius' id est 'quomodo ille -ret'. *aliquid* (*v. etiam* dictata *p. 1013, 83 sq.*): HOR. sat. 1, 10, 75 an tua demens vilibus in ludis -ari carmina malis? epist. 1, 6, 50 mercemur servum (*i. nomenclatorem*) qui -et nomina. SIL. 10, 447 -ata . . . iurant sacramenta deis. QVINT. inst. 2, 4, 12 *praeceptorem* totas -are materias. 8 pr. 26 (*in imag.*) *nobis* sordet omne quod natura -vit. IVV. 6, 391 -ata . . . verba pertulit. 8, 82 Phalaris licet imperet, ut sis falsus et admoto -et periuria tauro. MACR. sat. 2, 4, 30 corvus coepit dicere -atam salutationem. ENNOD. dict. 12, 6 p. 462, 24 (*in imag.*) quod bene cor -verit lingua proloquitur. *acced. dativ.*: HOR. epist. 2, 1, 71 *carmina Livi* plagosum mihi parvo Orbilium -are (*cf. alio sensu p. 1010, 69 sq.*). VAL. FL. 1, 685 miseris -at pia vota sacerdos. CYPR. GALL. Ios. 445 elementa graves pueris -are magistros. *i. q. praeire cantu*: CYPR. GALL. exod. 544 cantarunt matres vatis (*i. Aaronis*) -ante sorore. *nota i. q. loquentem inducere*: CIC. fin. 4, 62 qui illis orationem -visses.

B *quae excipiantur* (*cf. Norden, Antike Kunstprosa II 954 sq.*): **1** *dictantem non esse eundem atque scribentem praedicatur i. q. notario praedicere scribenda* (*saepius de deis, Musis sim. poetae quasi excipienti versus, carmina sim. suggerentibus, sim.* PLIN. epist. 1, 9, 6 o mare, o litus . . ., quam multa invenitis, quam multa -atis): *aliquid*: LVCIL. 1139? RHET. Her. 3, 17, 30 qui litteras sciunt possunt id, quod -atur (-atum *M*, dictum *E*), eis scribere et recitare quod scripserunt. CIC. Att. 2, 23, 1 haec -vi ambulans (*cf.* AVR. Fronto p. 90, 16 N. haec obambulans -vi). 5, 17, 1 hanc epistulam -vi sedens in raeda (8, 12, 1 *opp.* scripseram ipse eas litteras. 10, 3^a, 1 ad Q. fr. 2, 2, 1. SOL. 1, 107 quaternas . . . epistulas perhibetur *Caesar* simul -asse. HIER. in Philem. 19 p. 759 *epistulam* non solito more -vi, sed mea manu ipse conscripsi. AVG. retract. 2, 67 antequam epistulas ac sermones in populum alias -atas [*C*, alios -atos *al.*], alios a me dictos retractare coepissem. NOT. dign. or. 19, 13 *magister epistularum Graecarum* epistulas . . . aut ipse -at aut latine -atas transfert. ENNOD. epist. 3, 31, 1 p. 93, 21 [*in imag.*] quas [*i. epistulas*] aliquando -at sinceritas. 4, 14, 1 p. 109, 8 [*in imag.*] ore feriato mens -at epistulam. 8, 11, 3 p. 208, 16 transcursione. *al.*). CIC. Att. 7, 13^b, 7 si scriberem ipse, longior epistula fieret, sed -vi propter lippitudinem. 14, 21, 4 haec scripsi seu -vi apposita secunda mensa apud Vestorium. HOR. sat. 1, 4, 10 *Lucilius* in hora saepe ducentos, ut magnum, versus -bat stans pede in uno (*cf.* SVET. Nero 52 vita Verg. p. 59, 13). 2, 3, 76 putidius multo cerebrum est . . . Perelli *creditoris* -antis quod tu numquam rescribere possis. OV. epist. 19, 29 -atis ab eo (*i. Amore*) feci sponsalia verbis (LACT. mort. pers. 46, 5 notarium iussit acciri et . . . haec verba -vit. *cf.* ENNOD. dict. 10, 15 p. 454, 14 [*in imag.*] *verba* in penetralibus conscientiae caritate magistra -antur). MANIL. 2, 124 (*in imag.*) ni . . . natura . . . tantum -asset opus (*cf.* SEN. epist. 9, 21). MART. 12 pr. 10 si quid est . . . quod in libellis meis placeat, -vit auditor. QVINT. inst. 1, 1, 28 -andi quae transferenda sunt labor (*cf. l. 6*). 11, 3, 131 *cum oratores* nonnumquam ad librarios suos ita respiciunt, ut sportulam -are videantur. PLIN. epist. 3, 5, 14. 6, 16, 10 ut omnes illius mali (*i. eruptionis Vesuvii*) motus, omnes figuras, ut deprenderat oculis, -ret enotaretque. 9, 28, 3 *bis*. 9, 36, 2 quae formaveram -o. 9, 36, 3. 9, 40, 2. SVET. Nero 32 ne impune esset studiosis iuris, qui scripsissent vel -assent ea *testamenta* (SCAEV. dig. 32, 102, 1. COD. Iust. 6, 23, 22 testamenta vel aliam quamlibet ultimam voluntatem). AVR. Fronto p. 230, 18 N. EXPLAN. in Don. gramm. IV 496, 27 haec magister Servius extrinsecus -vit. MAECIAN. dig. 32, 95 summas. CALL. dig. 48, 10, 15, 3 domini auctoritas subscribentis se ea -asse et recognovisse (*cf. infra l. 84*). VLP. dig. 2, 13, 6, 7 edi . . . est vel -are *rationem* vel tradere libellum vel codicem proferre. TERT. idol. 23 (*in imag.*) nihil potest manus scribere . . ., quod non anima -verit. ANTH. 899, 1 -antes Medici . . . et Apollinis artes Musas (*fere i. q. docentes*). TREB. trig. tyr. 33, 8 qui hos *libellos* . . . non scribo, sed -o, et -o cum ea festinatione (*cf.* SYMM. epist. 1, 2, 2). PRISCILL. tract. 8, 120 nec incondite quae spiritus dei -vit exposita *mihi videntur*. AMBR. epist. 1, 47, 1. HIER. epist. 20, 6 haec . . . breviter strictimque -vi. 29, 1, 3 rem grandem celerius -o quam debeo (*cf.* 36, 1, 5 ad unam lucubratiunculam -are volui rem dierum). 33, 6 haec quare scripserim et . . . cito, sed non cauto sermone -verim (64, 22, 2 propero sermone. in Is. 2 pr. p. 45/6 celeri sermone). 60, 19, 1 hoc ipsum, quod -o, quod scribitur, . . . de vita mea trahitur. in Gal. prol. p. 369/70 accito notario vel mea vel aliena -vi (*cf. p. 1012, 15*). lib. 3 prol. p. 485/6 -o quodcumque in buccam venerit (*item* in Abd. 20 p. 386). in Is. 5 pr. p. 169/70 -amus haec, non scribimus: currente notariorum manu currit oratio. GENNAD. vir. ill. 91. RVFIN. apol. adv. Hier. 2, 8 p. 360^B capita integra -ata ex codice Ciceronis inseruit. CLAVD. 21, 302 -are paratus quae scriptis peragenda forent. AVG. epist. 238, 29 huic scripturae a me -atae et relectae ego Augustinus subscripsi. retract. 2, 67, 2 haec opera *tot* in libris *tot* me -asse recolui. SVLP. SEV. epist. 3, 2 omnia ad te prius paene quam fuerint scripta aut -ata perveniunt. MART. CAP. 1, 3 quidquid *Iuppiter* ex prompta sententia Parcarum pugillo (pugillari?) asservante -verit. ALC. AVIT. epist. 49 p. 77, 31 in litteris . . . possunt vitia cum securitate -ari. *al.* ENNOD. epist. 3, 2, 2 p. 72, 21 (*in imag.*) lacrimarum tempore -atur importuna narratio. epist. 8, 16, 4 p. 211, 18 nec alterum -are patiamini quae ad me scribetis (*cf.* epist. 8, 17, 3 p. 212, 14). dict. 3, 2 p. 434, 5 (*in imag.*) sine phaleris est omne quod -at affectio. opusc. 2, 73 p. 310, 4. GREG. M. in euang. pr. p. 1434^A quarundam quidem *lectionum* -ata expositio . . . est per notarium recitata. *acced. dativ.* (*personae excipientis*): CIC. Brut. 87 quorum (*i. servorum litteratorum*) ⟨alii⟩ aliud -are eodem tempore solitus esset *Galba*. Att. 13, 9, 1 unum eius modi, quod, nisi exercitus sciret, non modo Tironi -are, sed ne ipse quidem auderem scribere. 13, 25, 3 ne Tironi quidem -vi, qui totas *περιοχὰς* persequi solet, sed Spintharo syllabatim. ad Q. fr. 3, 1, 19 hoc inter cenam Tironi -vi. PROP. 4, 16, 133 tibi pauca suo de carmine -at Apollo. OV. am. 2, 1, 38 *mea carmina*, purpureus quae mihi -at Amor (Pont. 3, 3, 29 tu, *Amor*, mihi -asti iuvenalia carmina primus [*cf. p. 1011, 59*]. EPIST. Sapph. 27 mihi Pegasides blandissima carmina -ant). SEN. clem. 1, 9, 3 cui (*Madv., i. Octaviano*; cum *N*) M. Antonius proscriptionis edictum inter cenam -ret. PLIN. nat. 7, 91 epistulas . . . tantarum rerum quaternis pariter -are librariis aut, si nihil aliud ageret, septenis *Caesarem solitum esse accepimus*. STAT. Theb. 11, 619 quisnam fuit ille deorum, qui stetit orantem *me, Oedipum*, iuxta praereptaque verba -vit Fatis? (*cf. p. 1011, 12*). MART. 2, 86, 4 nec -at mihi luculentus Attis (*sc. Catulli*) mollem debilitate galliambon. IVV. 6, 245 componunt ipsae (*sc. feminae*) per se formantque libellos, principium atque locos Celso -are paratae. PLIN. epist. 2, 20, 14 si modo . . . aliena testamenta . . . ipsis, quorum sunt illa, -verit. SVET. gramm. 26 *L. Plotium Gallum* M. Caelius . . . significat -asse Atratino accusatori suo actionem (*cf. p. 1011, 79*). MARCIAN. dig. 48, 10, 1, 8 quod illi -vi et recognovi (*cf. supra l. 31*). TERT. idol. 23 (*in imag.*) quamquam et

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ipsi linguae anima -verit aut a se conceptum aut ab alio traditum. PAVL. NOL. epist. 30, 6 (*in imag.*) poteris per magistras animi tui lineas vel imperitis aut ignorantibus nos (*i. nostram imaginem*) -are pictoribus. *additur gerundiv.* (*acced. dativ. l. 7 et 11 sq.*): TEST. porcelli p. 243, 3 quoniam *ego porcellus* manu mea scribere non potui, scribendum -vi (*sc. testamentum* [PAVL. dig. 29, 1, 40 pr. *ille* notario suo testamentum scribendum notis -vit. VLP. dig. 28, 5, 9, 1 sive ipse scripsit sive scribendum -verit. GEST. de aperiund. testament. Bruns Fontes[7] p. 319]. GREG. M. moral. pr. 2 p 7[B] ipse *spiritus sanctus* ... haec scripsit qui scribenda -vit. epist. 11, 15 p. 276, 17 hanc ... suggestionem supplicationemque meam Aemiliano notario scribendam -vi). AVSON. 162, 22 -asti Fatis verba notanda meis (*cf. p. 1010, 77*). ENNOD. epist. 1, 12, 3 p. 22, 18 semper scripsi et ... legenda -vi. *nota*: CALL. dig. 48, 10, 15, 1 si testator specialiter subscriptione sua declaraverit -asse servo alicuius, ut ... daretur. VLP. dig. 28, 5, 9, 2 cum -asset ex semisse aliquem scribi. *sequuntur verba dictata*: SEN. contr. 1, 7, 18 ego ...-vi: duplam dabo, si *eqs.* *aliquem*: IVV. 6, 218 non unus tibi rivalis -bitur heres (*sc. in testamento*). *absolute vel omisso obiecto* (*additur dativ. l. 25. 27, ablat. instr. vel modi l. 31*): OV. trist. 3, 3, 86 vox mihi fessa loquendo -andi vires ... negat. SEN. epist. 15, 6 possis legere, possis -are, possis loqui, possis audire. 40, 10 qui illi singula verba vellenti, tamquam -ret (dicta et *codd.*), non diceret, ait. PLIN. nat. 7, 91 scribere aut legere, simul -are et audire solitum *esse Caesarem*. QVINT. inst. 10, 3, 18 quid de illis -andi deliciis sentiam. 10, 3, 19 ille, cui -amus, urget. 10, 3, 22 secretum, quod -ando perit. MART. 8, 73, 8 Lesbia -vit, docte Catulle, tibi. IVV. 14, 29 ceras ... hac (*i. matre*) -ante pusillas implet (*sc. virgo*). CALL. dig. 48, 10, 15 pr. -ant⟨e⟩ testatore. 48, 10, 15, 4 -ante filio. 48, 10, 15, 5 -ante matre. VLP. dig. 2, 13, 1, 1. TERT. idol. 23 etiamsi lingua in -ando cessat immobilis et quieta. *ibid. Zacharias* cum manibus suis a corde -at. *al.* CORP. XIII 10027, 228 (*in stilo*) -a felix, felicior scribe. SPART. Hadr. 20, 11 uno tempore scripsit, -vit, audivit et cum amicis fabulatus est. CAPITOL. Maximin. 12, 5 litteras ... se (*i. Maximino*) -ante conscriptas (*cf.* OPTAT. 1, 20 p. 22, 4 [*in imag.*] litteras livore -ante conscriptas). VOPISC. Car. 8, 4 Iulius Calpurnius, qui ad memoriam -bat, talem ... epistulam dedit. OPTAT. 7, 1 p. 162, 5 Hieremias -bat, Baruch tradidit. AMM. 15, 1, 3 *opp.* scribere propria manu. 22, 6, 5 (*in imag.*) velut aequitate ipsa -ante lex est promulgata. HIER. epist. 18[A], 16, 2 huc usque -asse sufficiat. 21, 42 ignosce dolentibus oculis, id est ignosce -anti (*om. cod. vetustiss.*). 34, 6 cum haec ... velox notarii manus me -ante signaret et plura dicere cogitarem. 57, 2, 2 accito notario (*cf.* in Gal. prol. p. 369/70 lib. 3 prol. p. 485/6 reg. Pachom. praef. 2 p. 53) raptim celeriterque -vi ex latere in pagina breviter adnotans. 57, 10, 4. 59, 2, 2. 126, 2. in Matth. prol. p. 7/8. adv. Iovin. 1, 21 cursim celeriterque. in Abd. 20 p. 386 neque enim ea lenitate et compositione verborum -amus, ut scribimus. in Agg. 2, 21 p. 774 celeri sermone -anti (in Is. 2 pr. p. 45/6). in Is. 22, 15 sq. p. 320 quod ... nos celeritate -andi paene praeteriit (in Ezech. 42, 14 p. 518). *al.* GENNAD. vir. ill. 7 regulam scripsit, quam -ante angelo perceperat. PAVL. MED. vita Ambr. 42 scribendi vel -andi ipso die finem fecit (*cf.* AVG. doctr. christ. 4, 4 exercitatione sive scribendi sive -andi postremo etiam dicendi, quae *eqs.*). MART. CAP. 2, 119 te, *Philologia*, -ante fides sacrumque plectrum novit (movit β) Threicium sonare carmen. ENNOD. opusc. 3, 9 p. 333, 9 *opp.* excipere. PHOC. carm. de Verg. 128 (*in imag.*) certius ut libris (*sc. dictantibus*) oculo -ante notaret (*sc. loca Vergilius*). VEN. FORT. vita Marcell. 2, 6 apud quos ipsum loqui -are fit et quae vix corde concipitur mox in pagina res formatur. 3, 10. CARM. epigr. 521, 3 (*in imag.*) hos pater inscripsi versus -ante dolore. 937, 1 scribenti mi -at Amor mostratque Cupido (*cf.* 1753 [= INSCR. christ. Rossi I p. 1080] *a. 543* qualia -at Amor. *v. etiam p. 1010, 69 sq.*).

2 *notio non sua manu scribendi non premitur vel prorsus omittitur, hic illic fere i. q. litteris mandare, componere, scribere, edere*: *aliquid* (*additur dativ. l. 78 et p. 1012, 1 al.*, *ad p. 1012, 1. 8 al.*): HOR. epist. 1, 10, 49 haec tibi (*i. ad te*) -bam. 2, 1, 110 pueri patresque severi ... cenant et carmina -ant. PERS. 1, 52 non siqua elegidia crudi -arunt proceres? SVET. Tib. 22 quos codicillos dubium fuit ... an nomine Augusti Livia et ea conscio Tiberio an ignaro -asset. Tit. 6, 1 cum patris nomine et epistulas ipse -ret et edicta conscriberet (Dom. 13, 1 cum procuratorum suorum nomine formalem -ret epistulam. AVR. Fronto p. 70, 19 N. VOPISC. Aurelian. 27, 6. 30, 3. TREB. Claud. 7, 2 hanc *epistulam* ipse *Claudius* -asse perhibetur. EPIST. pontif. 253 Hier. epist. 35, 1, 2. HIER. epist. 42, 3 ut non tam epistulam quam commentariolum -remus. GENNAD. vir. ill. 85. NOT. dign. or. 19, 13 *magister epistularum Graecarum* epistulas ... aut ipse -at aut latine -atas transfert). POMPON. dig. 45, 1, 112 pr. iudicium (*i. actionis formulam*. SCAEV. dig. 41, 9, 3. PAPIN. dig. 15, 1, 50, 2 inter eas. PAVL. dig. 9, 4, 22, 4. 17, 2, 65 pr. 21, 1, 30 pr. MARCIAN. dig. 42, 6, 7 heredi). PAPIN. dig. 15, 1, 50, 2 post actionem -atam (VLP. dig. 43, 3, 1, 4. 46, 7, 13, 1 PAVL. dig. 4, 8, 32, 9 *cf. Leist, PW. V 370 et v. p. 1010, 83*). GELL. 1, 23, 2 ea Catonis verba ... indidissem, si libri copia fuisset id temporis, cum haec -vi. APVL. flor. 16 p. 62 *Philemo* fabulas cum Menandro in scaenam -vit (ductavit *Jahn*, datavit *Bücheler*). apol. 101 ut ⟨qui⟩ sui potens ac vir acerbissimas (acceptissimas *Bosscha*, amantissimas *Hild.*) litteras matri -et. CODICILL. (Corp. X 7457), 4 cum ad te haec -rem. ANTH. 83, 6 debuit ingrato nullam -are salutem (*sc. initio epistulae*) lassus amor. NOVATIAN. trin. 28 p. 942[D] haec ... satis sit etiam adversus istum haereticum -asse. SPART. Hadr. 3, 11 orationum, quas pro imperatore -verat (20, 7 Carac. 8, 6. 7). OPTAT. 7, 1 p. 167, 26 ut per unum hominem Esdram ... tota lex ... ad apicem -retur (*i. quam accuratissime usque ad apicem*). FILASTR. 142, 1 *septuaginta duo interpretes* dissonantia putantur -asse. AVSON. 409, 27 haec ad te breviter et illico ... -vi. SYMM. epist. 1, 23, 4 pauca -are (*opp.* multa legere). HIER. epist. 36, 9, 2 Origenem duodecimum et tertium decimum in Genesim librum de hac tantum quaestione -asse (adv. Rufin. 3, 28 magister meus et tuus ... tres explanationum in Osee prophetam libros ad me rogante -vit. in Ezech. 13 pr. p. 505/6 ad finem usque). hom. Orig. in Luc. prol. p. 245/6 ut ad arbitrium vestrum ... haec ... non mea, sed aliena -rem (*cf. ibid.* alieno, ut ait Tullius, stomacho, non suo scribere. *et p. 1010, 45*). vir. ill. 56 *Ambrosii* industria ... adiutus infinita Origenes -vit volumina. c. Ioh. 38 haec ipsa apologia ... Isidoro praesente et multum collaborante -ata est, ut idem esset et dictator et baiulus litterarum. in Ezech. 12 pr. p. 462 ea ... simpliciter confitemur atque -amus. PS. RVFIN. in psalm. argum. p. 4[D] Esdras scriba, qui titulos posuit, psalmos aliter, quam -ati fuerant, ordinavit (*cf. alio sensu* PAVL. MED. vita Ambr. 42 cum quadragesimum tertium psalmum -ret). CLAVD. 5, 169 -atur facinus. carm. min. 26, 4 cum tibi, *fons*, plebeius carmina -et honos (*meton. i. q. homines ex plebe te honorantes*). NOT. dign. or. 19, 7 *magister memoriae* annotationes omnes -at (= occ. 17, 11). EPIST. pontif. 293, 5, 11 Migne 20, 500[A] preces. SIDON. epist. 1, 11, 1 quod iuvenem militantemque -asse praesumptiosum fuisset, publicasse autem periculosum. 2, 8, 2 neniam funebrem non per elegos, sed per hendecasyllabos marmori incisam planctu prope calente -vi (*cf.* SYMM. epist. 1, 15, 1 iudicio calente -vi). 9, 16, 1 hic nonus libellus peculiariter tibi -atus (dicatus *Luetjohann*). [*cf. ibid. libellos* ad *illum* scripsi]. GREG. TVR. glor. mart. 63. CAES. AREL. reg. mon. tit. regulam. *absolute*: LVCIF. epist. 8 p. 333, 5 breviter tamquam diligens ad diligentes -vi. SCHOL. Hor. Vind. ars 1 scriptores ... non habentes certam regulam -andi. HIER. epist. 26, 2 -andi angustia coartamur. 29, 4, 1 spatium -andi (29, 6, 1). 126, 2 *exordium*. OROS. comm. 1 p. 151, 7 expeditum animo ab aliis -andi necessitatibus esse. DRAC. Romul. 3, 15 *tua doctrina* praeduce -o (*Vollmer*, dictor *codd.*). ANTHIM. 71 quomodo et de oriza -vimus (*ibid.* diximus).

C *quae peragantur i. q. praecipere, suadere, suggerere*: **1** *praecipiunt res*: *absolute*: SEN. epist. 9, 21 hos sensus esse communes, natura scilicet -ante (*cf.* MANIL. 2, 124). QVINT. inst. 3, 4, 12 ita videtur ratio -are. POMPON. dig. 1, 2, 2, 11 ipsis rebus -antibus. APVL. met. 3, 22 dum -at occasio. CARM. epigr. 448, 4 fato -ante iniquo. CHIRON 117 escam porrigito, si -verit ipsum tempus (VVLG. I Macc. 8, 25 prout tempus -verit [ὁ καιρὸς ὑπογραφῇ]). 249 prout ipsa aetas animalis -verit. AMBROSIAST. in Rom. 16, 24 -ante iustitia gubernabat civitatem maxime in pretiis moderandis (*cf.* BENED. reg. 2 p. 10, 40). AVELL. p. 63, 21 ut fieri mos volebat atque ipsa religionis disciplina -bat. CORIPP. Ioh. 3, 380 ira -ante. *al.* CORP. V 6710, 12 si (h)ora et fatus -asset (*fere i. q. permisisset*). *aliquid*: MANIL. 2, 401 nunc foedus (*Bentl.*, phoebo *codd.*) stellis nunc et -antibus (dit-, luct- *al.*) iras. SEN. dial. 3, 8, 4 ut nihil faciant eorum, quae ira -at (*cf.* LVCAN. 5, 318 haec ira -ante profatur. *et l. 50*). epist. 121, 21 sine ulla cogitatione, quae hoc -et, sine consilio fit, quidquid natura praecipit. COLVM. 4, 24, 4 modus ... materiarum is erit, quem -bit humi atque ipsius stirpis laetitia. PETRON. 87, 1 cetera, quae libido distenta -at. PLIN. nat. 26, 20 demonstratarum priore libro herbarum reliquos effectus reddemus adicientes ut quasque ratio -bit (*cf. supra l. 43*). SIL. 10, 272 dolor verba aspera -at (*cf. l. 75*). QVINT. inst. 1, 3, 16 qui pudor frangit animum et abicit atque ipsius lucis fugam et taedium -at. 2, 15, 6 aspectus etiam ipse sine voce *persuadet*, quo (cum *Spald.*) vel recordatio meritorum cuiusque vel facies aliqua miserabilis vel formae pulchritudo sententiam -at *aspicientibus*. decl. 257 p. 50, 2 suadere quod animus -verit. TERT. adv. Marc. 5, 2 p. 572, 11 nulla apostolo materia competisset id tam presse docendi, quod ultro fides ipsa -asset. nat. 1, 8 nationem ... cuius sonum natura -asset. PALLAD. 1, 20 consuetudo. OPTAT. 3, 7 p. 87, 19 supprimite ... voces, quas in Macarium -at invidia. PHYSIOGN. 116 prout eam (*i. medietatem inter nimietates vitiorum*) ἐπιπρέπεια -verit. AVELL. p. 72, 25 quod veritas vel religionis norma -verit. CASSIOD. var. 3, 33, 1 ea ... quae circa referendos curiae cana -at antiquitas (*cf.* 7, 41, 2 ea quae in his causis reverenda legum -at antiquitas). 4, 39, 5. GREG. M. epist. 2, 41 p. 141, 12. *acced. dativ.*: OV. am. 2, 5, 33 quae ... dolor linguae -vit (*cf. l. 60*). MANIL. 4, 177 quas ... suo -et signo nascentibus artes *Leo*. 4, 569 ultimus in caudae Capricornus acumine summo militiam (-am in *al.*) ponto -at (dicat *al.*). OPTAT. 2, 20 p. 56, 17 hoc vobis -at nutrix vestra superbia. 3, 4 p. 84, 1 facerent, quidquid illis dementia sua -asset. HIER. epist. 49, 12, 3 delicata doctrina est pugnanti ictus -are de muro. RVFIN. hist. 3, 28, 5 ea futura decernebat, quae sibi propria libido -bat (ὧν αὐτὸς ὠρέγετο). *acced. gerundiv.*: FRONTIN. strat. 3, 6, 1 oppida, quae ratio *Scipioni* in potestatem redigenda -bat. FACVND. defens. 9, 1 p. 742[B] sicut ei pugna ... faciendum -bat. *seq. acc. c. inf.*: VLP. dig. 15, 1, 32 pr. aequitas

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-at iudicium in eos dari, qui *eqs.* *seq. infinit.*: CORIPP. Ioh. 1, 344 ira ... praecipites -bat tendere gressus in medios fluctus. 2, 294. *seq.* ut: CASSIOD. var. 2, 18, 1 priscarum legum reverenda -at auctoritas, ut *eqs.* *nota*: CASSIOD. var. 5, 40, 1 talis ... debet a principe deligi, qualis ab ipsa potest lege -ari.

2 *praecipiunt homines*: **a** *generatim*: SEN. Ag. 291 quid voce blandiloqua mala consilia -as? SIL. 6, 693 -antes iura Latinos (CAPITOL. Aur 11, 10 *praefectorum* auctoritate et periculo semper iura -vit. ENNOD. dict. 25, 4 p. 503, 15 -vimus matrimoniorum iura non sermone, sed gladiis. *cf.* GLOSS. iura -antes νομοθέται *et l. 29 sq.*). PLIN. epist. 2, 11, 22 de Regulo questus est *collega*, qui se in sententia, quam ipse -verat, deseruisset (*cf.* ENNOD. opusc. 3, 169 p. 375, 2 pleno pectore -a sententias. AVG. serm. ed. Mai 37, 2 iudex [*i. Christus*] ... -at uni *latroni* sententiam, alteri porrigit indulgentiam. CASSIOD. var. 5, 22, 5 multum facundior est, qui sententiam -at quam ille qui supplicat. PASS. Paul. 13 vade ad destinatum locum, ubi sententiam merito -atam [dictam *V*] suscipias). ANON. Vales. 16, 94 *ille* -vit praecepta ..., ut *eqs.* PRVD. c. Symm. 1, 462 seu nos procinctus maneat seu pace quietas -emus leges (*syn.* 1, 455 leges ac iura dare. *cf.* NOT. dign. or. 12, 4 leges -andae [= occ. 10, 4]. ENNOD. epist. 1, 5, 4 p. 10, 13. *v. etiam l. 35*). CASSIOD. var. 6, 19, 9 fas est ... nostrum ... in locum beneficii -are, quod nos ad gaudia salutis excruciet. compl. in Iac. 1, 2 p. 1377^{B} sicut bonus medicus -at salutare remedium. NOVELL. Iust. 7, 9 pr. si quid tale -verit *quaestor* (ὑπαγορεύσειε). [*cf. absolute*: CASSIOD. var. 8, 13, 4 quod a nobis praecipitur, gratia -antis (*sc. quaestoris*) ornatus]. *huc pertinere videtur locus lacunosus*: MAXIMIN. c. Ambr. 128. *acced. dativ.*: SIL. 6, 362 remis sonitum. IVV. 11, 59 pultes coram aliis -em puero, sed in aure placentas. SIDON. carm. 5, 562 iura Getis (epist. 7, 9, 17 aut humanum aut divinum -are ius. CASSIOD. in psalm. 50, 13 p. 173^{D} subiectis iura). 23, 330 voluptuosum -ant quadrupedantibus furorem. DRAC. laud. dei 2, 708 supplicium cunctis revocabile -as. ENNOD. epist. 7, 6, 1 p. 176, 8 contestor ... nec salvo pudore sententiam excessibus -are peccantem. opusc. 1, 69 p. 280, 11 praecepta Sirmiensibus. 3, 47 p. 342, 22 sibi beatus antistes proprio ore leges ... -vit. *nota*: DRAC. Orest. 31 maxima fulmineo -bat dona Tonanti, optima Iunoni scribebat munera magnae. *acced. gerundiv.*: STAT. silv. 5, 3, 291 sacra Numae ritusque colendos ... -bat nympha. CASSIOD. var. 11 praef. 2 cui iugiter incumbit responsum reddere et alteri expedienda -are (*de praefecto praetorio*). *seq. oratio recta*: PERS. 6, 66 neu -a: pone paterna (*sc. bona*) *eqs.* *seq. infinit.*: CORIPP. Ioh. 2, 246 populos excedere castris imperat, auxilioque suis succurrere -at. 4, 556. *absolute*: PASS. coron. 4 volo columnas ... abscidi, -antibus *illis. ibid.* -antes et dolantes coeperunt artifices quadratarii incidere lapidem. **b** *speciatim: t. t. agrimensorum (cf. p. 998, 80 sq.)*: *absolute*: NIPS. grom. p. 285, 5. *aliquid*: FRONTIN. grom. p. 33, 2 metas (34, 10 HYG. grom. p. 193, 7) *sc. puero ponendas.* p. 33, 11 rigorem secundum proximo lateri (p. 33, 14 NIPS. grom. p. 285, 9. 11. 286, 1 *sq.*). NIPS. grom. p. 286, 21 duas cannas. p. 287, 7 incipies quattuor metis comprehensis -are limitem, in quam partem iturus es.

II ***nulla notione finali sublatente*** *i. q. dicere solere, dicere*: *aliquid*: SEN. nat. 5, 18, 4 quod de Caesare maiori vulgo -atum est et a T. Livio positum ...; dici etiam de ventis potest. GELL. 4, 1, 2 et 'hoc penus' et 'haec penus' et 'huius peni' et 'penoris' veteres -verunt. EPIST. pontif. Cassiod. var. p. 446, 9 ⟨si⟩ licuit laico homini anathema ... -are aut si potuit laicus sacerdoti anathema dicere. ARATOR act. 1, 916 ter sonuit domini vox, quae -ata (*i. pronuntiata*) saluti est. *seq. acc. c. inf.*: GELL. 4, 11, 14 Pythagoram ... ipsum celebre est Euphorbum primo fuisse se -asse (fuisse dictitasse *VPR*; *et ita legendum videtur cf. p. 1008, 68*). *nota*: CAPITOL. Gord. 20, 2 ostendisse mathematicum constellationem ferunt et de libris veteribus -asse (*fort.* recitasse), ita ut probaret se vera dixisse.

syn.: *ad A 2 a*: dicere (HIER. epist. 34, 6). *A 2 b*: conscribere (SVET. Tit. 6, 1). *A 3 b*: imperare (CORIPP. Ioh. 2, 246). *opp.*: *ad A 2 a*: scribere (RHET. Her. 3, 17, 30 PLIN. epist. 9, 28, 3 *bis*. TREB. trig. tyr. 33, 8 HIER. in Is. 5 pr. p. 169/70 in Abd. 20 p. 386 ENNOD. epist. 8, 16, 4 p. 211, 18). ipsum scribere (CIC. Att. 7, 13^{b}, 7. 13, 9, 1. ad Q. fr. 2, 2, 1), epistula sua manu dare (CIC. Att. 10, 3^{a}, 1), sua manu scribere (TEST. porcelli p. 243, 3 AMBR. epist. 1, 47, 3 HIER. in Gal. 5, 2 p. 485/6), propria manu scribere (AMM. 15, 1, 3), sua manu ipsum conscribere (HIER. in Philem. 19 p. 759). excipere (SVET. Nero 52 ENNOD. opusc. 3, 9 p. 333, 9), tradere (OPTAT. 7, 1 p. 162, 5). dicere (SEN. epist. 40, 10).

deriv.: dictatio, dictator, dictatus, dictitare.

part. perf. pass. pro subst. pl. **dictāta**, -ōrum (*sing. v. p. 1014, 29 sq.* [*francog. vet.* ditié, *it.* dettato, *hisp.* dectado. *M.-L.*]). VARRO ling. 6, 61 hinc (*sc. a dicendo*) -a in ludo. GLOSS. -um ὑπηγορία. ὑπαγόρευσις. ἅμιλλα. ἅμιλλαν. ἅμιλλα καὶ ἀναδεδομεναι και μαθηναι (*ἀναδεδομένα τοῖς μαθηταῖς Ducange. ἀναδιδόμενον καὶ μάθημα Salmas.*). edictum. [*var. lect.*: AVG. retract. 2, 19 eorum nonnulla contra nos dicta (*D*[1] *E*, dicta [ta *ras.*] *C*, dictata *cet.*) vel scripta.]

1 *quae in ludo pueris a magistro dictantur* (*cf. p. 1009, 59 sq.*): CIC. fin. 2, 95 ista vestra 'si gravis (*sc. dolor*), brevis; si longus, levis' -a sunt. 4, 10 ne necesse sit isdem de rebus semper quasi -a decantare neque a commentariolis suis discedere. Tusc. 2, 26 *Dionysius Stoicus* quasi -a *admiscebat* nullo dilectu, nulla elegantia. nat. deor. 1, 72 ista a vobis quasi -a redduntur, quae Epicurus oscitans halucinatus est (*cf.* HOR. epist. 1, 18, 13 ut puerum saevo credas -a magistro reddere). ad. Q. fr. 3, 1, 11 cum illam (*i. Calventi Mari orationem*) nemo lecturus sit, si ego nihil rescripsero, meam in illum pueri omnes tamquam -a perdiscant. HOR. epist. 1, 1, 55 haec Ianus summus ab imo prodocet, haec recinunt iuvenes -a senesque. PERS. 1, 29 ten cirratorum centum -a fuisse pro nihilo pendes? (*cf. p. 991, 17*). PORPH. Hor. epist. 1, 20, 19 qui (*i. librarii*) circum quartam vel quintam horam -a pueris praebere consueverint (2, 1, 69 ex libris *Livi Andronici* saevus Orbilius quondam librarius magister mihi -a praebebat. PS. ASCON. div. in Caec. p. 118). **2** *in certamine gladiatorio i. q. praecepta lanistae* (*cf. Friedländer, Sittengeschichte II*^{8} *p. 384*): PETRON. 45, 12 unus alicuius flaturae fuit Thraex, qui et ipse ad -a pugnavit. SVET. Iul. 26, 3 ut disciplinam singulorum *gladiatorum* susciperent (*sc. equites et senatores*) ipsique -a exercentibus darent. TERT. mart. 1 gladiatores perfectissimos non tantum magistri et praepositi sui, sed etiam idiotae et supervacue quique adhortantur de longinquo, ut saepe de ipso populo -a suggesta profuerint (HIER. in Ezech. lib. 13 praef. p. 507/8 facile est dare -a de populo et singulos ictus calumniari ... et ubi vulnus infigi debuerit, imperiti lanistae more disserere). SCHOL. Iuv. 6, 249 *matrona* universa efficit -a vel tantum curat in exercitio quantum gladiator. **3** *in arte scissoria*: IVV. 5, 122 structorem ... saltantem spectes et chironomunta volanti cultello, donec peragat -a magistri omnia.

nota sing.: CARM. epigr. 219, 18 *notarius* voce erili coeperat ad omne -um (*i. epistulam*) volans aurem vocari ad proximam (*v. Bücheler ad l.*). *Graeber.*

dictoaudiēns *v. p. 993, 68.*

dictoaudientia, -ae *f.* [*a* dicto audiens *derivatum. Th.*]. *i. q. oboedientia*: ITALA I reg. 15, 22 (Lucif. reg. apost. 2 Ps. Aug. spec. 29 p. 442, 3) et ecce (quia Ps. Aug.) -a melior est quam sacrificium (malo -am magis quam holocausta. ITALA Rufin. hom. Orig. in lev. 4, 5: ἀκοή, VVLG. oboedientia. *cf. etiam l. 46*). Rom. 5, 19 (cod. d Pacian. epist. 14 bapt. 5 Aug. c. Fort. 22 p. 105, 23) sicut enim per inobaudientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, sic per -am (ὑπακοῆς, VVLG. oboeditionem) unius iusti constituentur multi. PS. CYPR. mont. 6. IREN. 4, 41, 2 secundum autem -am et doctrinam non omnes filii dei sumus.

dictobolāria *v.* dictabolaria.

dictooboedientia, -ae *f. a* dicto oboediens (*cf. p. 993, 72*). *i. q. oboedientia*: ITALA I reg. 15, 22 (Legion. in marg.) ecce -a melior est quam sacrificium (*cf. l. 37*). PS. RVFIN. in Am. 5, 9 p. 1077^{B} dicto-obaudientia.

dictor, -ōris *m.* [*a* dicere. *Th.*]. CONSENT. gramm. V 340, 17 a dico -r. *is qui dicit, orator*: SCHOL. Hor. ars 132 si non in isdem verbis sensibusque verseris, quae ab aliis dicta sunt, ne magis interpres fias quam verus -r. CLAVD. DON. Aen. 1, 495 est summi -is res breves late disserere. HIER. adv. Pelag. 2, 4 tam involutus -r est (*cf.* involute dicta *p. 996, 25*) et nimio verborum squalore copertus, ut *eqs.* AVG. c. Faust. 16, 26 o hominem se cogitantem -em et alium non cogitantem contradictorem! c. Cresc. 1, 16, 20 ut -r potius (*sc. honestiore appellatione*) quam disputator vocetur (*sim. ibid. bis*). 3, 19, 22 dictator vel -r illius sententiae. doctr. christ. 4, 10, 25 nihil interest, utrum ... -r vel lector sit. 4, 15, 32 ut orando pro se ac pro illis, quos est allocuturus, sit orator ante quam -r. 4, 19, 38 cum doctor iste debeat rerum -r esse magnarum. conf. 4, 14, 21 CASSIAN. c. Nest. 6, 10, 5. SALV. epist. 9, 15 (*opp.* dictio. ENNOD. epist. 5, 7 p. 130, 4). FVLG. RVSP. serm. 9, 1 *opp.* auditor. GLOSS. II 577, 17 dicentarius -r causarum vel iudex. *f.*: CLEDON. gramm. V 37, 8 -r facit **dictrīx**.

dictum, -ī *n. v. p. 989, 83.*

dictūra, -ae *f. a* dicere. *i. q. dictio*: VIRG. gramm. epist. 3 p. 148, 24 -ae caput. 6 p. 170, 16 *'e' 't' in 'et'* sub una -a dicuntur.

dicturio, -īre [*a* dicere. *Th.*]. PRISC. gramm. II 501, 6 regulam supini sequuntur ... meditativa ... ut ... dictum -o. EVTYCH. gramm. V 449, 3. *i. q. dicere velle*: MACR. sat. 2, 3, 16 perge, ne ultra te -entem retardem. 7, 2, 7 quam fortiter a se facta semper -unt *milites*.

1. dictus, -a, -um *v. p. 989, 81.*

2. dictus, -ūs *m. a* dicere. *i. q. dictio*: STAT. Theb. 4, 145 quis numerum ferri gentesque et robora -u aequarit? CORP. XIV 2846 (*Praeneste, in lamina ahenea*) Esculapio -u et factu Isochrysus. NON. p. 300 exultare est gestu vel -u iniuriam facere. DON. Ter. Ad. 325 hic plus gestu quam -u agitur. PS. AVR. VICT. epist. 14, 7 referre carmen carmini, -um -ui. PRISCILL. tract. 10, 133 si -ūs verborum formis et rerum parabolis approbaret *scriptura*. COMM. apol. 81 Caesaris -ūs obaudit. HYMN. Ambros. II 35, 6 magna rerum corpora, -u iubentis vivida. PASS. Theclae 8 p. 20, 22. dictu *supin. v. p. 969, 58.*

δικτυοῦχος **dictyārius** GLOSS. III 173, 27 *inter ea quae in amphitheatro sunt. i. q. retiarius.*

dida, -ae *f.* [*vox infantium, cf. Heraeus, Archiv 13, 165. Th.*].

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

GLOSS. III 12, 50 μαστοί mammae ζειζιν -a. *i. q. mamilla, ubera*: SORAN. p. 12, 21 -as habent inflatas. p. 17, 1. 15. 37, 23 ad -am applicare infantem. p. 38, 7. 13. 24. 39, 2. 42, 21. DIOSC. 1, 35 -as pendentes. 1, 123 tumores -arum. 5, 175. 176. 178. *i. q. nutrix*: SORAN. p. 40, 3 aliae -ae tradendus est *infans*, quae eum vario strepitu sonorum ... mulceat. *dub. quo pertineat*: CORP. I² 379 (*Pisauri*) Matre Matuta dono dedro(nt) matrona M'. Curia, Pola Liva d e d a.

didascalia, -ae *f.*, διδασκαλία. *i. q. index dramatis*: SCHOL. Ter. p. 94, 23 -a (*servatae sunt* DIDASC. Plaut. *et* Ter. *titulo hoc non praemisso*). DIDASC. apost. *v. sub* doctrina.

didascalicus, -a, -um, διδασκαλικός. *i. q. ad docendum idoneus, doctrinam continens*: SYMM. epist. 1, 31, 2 aliquod -um seu protrepticum nostro quoque nomini carmen adiudica. AVSON. 407, 5 (= Symm. epist. 1, 32, 5) ut ad te -um aliquod opusculum aut sermonem protrepticum mitterem. SERV. georg. praef. p. 129, 9 et hi libri -i sunt, unde necesse est, ut ad aliquem scribantur, nam praeceptum et doctoris et discipuli personam requirit. CANON. Migne 56, 519ᴮ (= EPIST. pontif. 286 [Innoc. I] Migne 20, 470ᴬ) regularem hunc librum quasi -um atque monitorem ... insinuare. ENNOD. opusc. 2 p. 305, 18 -i libelli vestri ... argutias. 6 p. 401, 17 pagina ... concinnationis -ae. *subst. f.* didascalicē: DIOM. gramm. I 483, 1 -e est *species poematis exegetici vel enarrativi*, qua comprehenditur philosophia Empedoclis ... et his similia. *subst. n.* d i d a s c a l i c a, -ōrum: BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 1 p. 4, 14 primum -is quibusdam me imbue, quibus expositores ... ut discipulorum animos docibilitate quadam assuescant, utuntur. *in titulo libri* ACCI: -ōn *citat* CHAR. gramm. I 220 PRISC. gramm. II 92. 253 NON. p. 178 (*var. lect.* -co, -lo). p. 194 (-co *var. lect.*). -ōrum: CHAR. gramm. I 141 NON. p. 514. in primo -co: GELL. 3, 11, 4. *cf.* NON. p. 341 -co libro I. p. 165 -co libro II.

didascalium institutio doctrinae GLOSS. V 287, 44 (didasculum *trad.*). *cf.* V 424, 25 -lum doctorale. διδασκάλιον.

didascalus, -ī *m.*, διδάσκαλος. GLOSS. doctor. -orum magistrorum. CORP. VIII 9088 Axius Victoricus -us. COD. Theod. 16, 9, 3 (*a. 415*) Anati -o et maioribus Iudaeorum (16, 8, 23 *a. 416*). PS. MATTH. euang. 31, 2 Iesus autem dixit ad -um. 39, 2 accepit librum de manu -i docentis legem.

?**didātim** divisim GLOSS. diditim *de Vit; cf. Funck, Archiv 7, 494.*

didia dilectus, amabilis GLOSS. V 496, 55. *ad hebr.* ידידיה II reg. 12, 25, *v. vol. I p. 1806, 60 sqq.* (ITALA Legion. Iedidia).

didimus *v.* didymus. **didintrio** *v.* drindro.

dīditim *v.* didatim.

dīdo, -didī, -ditus, -ere [*cps. ex* dis- *et verbo* dare *sive eo verbo, quod continent vocabula* abdere (*q. v.*) ... ondere, subdere, *cf. gr.* διαδιδόναι *et* διατιθέναι. *Th.*]. VEL. gramm. VII 65, 1 non est a de praepositione, sed ⟨dis⟩ *eqs.* *in codd. saepe scribitur* ded-. d i s d i d i: CATO *l. 55.* dididi: LVCR. 6, 2. *cf.* diduor.

i. q. ***distribuere, dividere***: GLOSS. -e διάδος, μέρισον. -ita διαδοθέντα. PLAVT. Merc. 58 *pater conclamat* ratione pessima a me ea ... in amoribus diffunditari ac -ier (diedere *codd. i. profundere cf.* CIC. Cael. 37 [*ex Caecilio comico, verbis, ut videtur, non accurate repetitis*] -e ac disice: per me licet. si egebis, tibi dolebit). Mil. 707 mea bona in morte cognatis -am, inter eos partiam. Persa 757 inter participes -am (dividam *codd., recte?*) praedam et participabo. CATO or. frg. 2 nunquam ego argentum ... inter apparitores atque amicos meos disdidi. LVCR. 6, 2 primae frugiparos fetus mortalibus aegris -erunt ... Athenae. HOR. sat. 2, 2, 67 servis munia. CYPR. GALL. gen. 1108 metatas -ere sedes. 1480 cunctis praemia. HIL. gen. 65 condens pater astra polo ac lumina -ens. *i. q.* ***diffundere, digerere, proprie et translate***: GLOSS. divulgo. didit dispersit, divulgavit, ut (*Verg. Aen. 8, 132*). -itur divulgatur. -itus divulgatus. -itum divulgatum, percrebratum. LVCR. 2, 1136 nec facile in venas c i b u s omnis -itur ei (*ibid.* dispargere. 3, 703. 4, 629. 631. 955). 3, 245 sensiferos motus quae *natura* -it prima per artus. 3, 477 in venas discessit -itus ardor *vini*. 3, 707 quasi p e r c a u l a s omnes -untur in artus particulae (*cf.* 4, 621). 4, 240 in cunctas iaciuntur -ita partes *simulacra rerum*. 5, 20 ex quo (*Epicuro*) nunc etiam per magnas -ita gentes dulcia permulcent animos solacia vitae. 5, 268. 1093 inde (*ex fulmine*) omnis flammarum -itur ardor. 6, 1167 per membra sacer dum -itur ignis. VERG. Aen. 7, 145 -itur hic subito Troiana per agmina rumor. 8, 132 tua terris -ita f a m a (SIL. 1, 186 hinc fama in populos iurati -ita belli. TAC. ann. 11, 1 per provincias). AVIEN. Arat. 789 -ita ... late ... incendia. MART. CAP. 5, 566 nonnulla promet quae vetustas praeterit, -itaque fient quae vetustas praeterit.

didrachmum, -ī *n.*, δίδραχμον. *scribitur etiam* (*praecipue in codd.* ITALAE) -cm-, -g(h)m-, -gchm-, -g(c)him-, -g(c)ham-. dedr- VVLG. *pars codd.* GLOSS. d i d r a c h m a, -ae *f.*: *p. 1016, 1* ITALA exod. 39, 2 (Lugd. Monac.) deut. 22, 29 (Monac.) Matth. 17, 24 (codd. b c ff² g¹ q) VVLG. II Macc. 4, 19 HIL. in Matth. 17, 11 *sq.* AVG. serm. 155, 7 in psalm. 137, 16 epist. 83, 5 PS. AVG quaest. test. I 79 HESYCH. in lev. p. 1158ᶜ. *plur.* didragchimi: ITALA lev. 27, 5 (Lugd.). d i d r a c h m a, -atis *n.*: AMBR. off. 2, 26, 129 apol. Dav. I 8, 42 (*pars codd.*). SEDVL. carm. pasch. 3, 316 op. pasch. 3, 26. *cf. p. 1016, 18.* EPIPHAN. de mensur. 33 stater vero, qui est medietas unciae, duas -as habet (*cf.* HIL. in Matth. 17, 12 AVG. serm. 155, 7 EVCHER. instr. 2 p. 158, 15 GLOSS. V 152, 17). ITALA exod. 30, 13 (Lugd.) dimidiam partem -i quod est secundum -um sanctum XX oboli (δίδραχμα, VVLG. siclus. *cf.* lev. 27, 25 EPIPHAN. de mensur. 36 HESYCH. in lev. p. 1158ᶜ). EVCHER. instr. 2 p. 158, 11 -gma dragmae duae. GLOSS. -um δίδραχμον. scripuli sex. duae mensurae. *ubi* ITALA *habet* -um, *in* LXX *est* δίδραχμον, VVLG. siclus, *nisi alia adnotantur.*

nomen nummi: ITALA gen. 23, 16 (Hier. epist. 57, 10, 2 *cf.* LIB. geneal. chron. I p. 177, 353) quadringentis -is argenti. 24, 22 (Hier. quaest. hebr. in gen. p. 36, 25) et tulit vir inaurem auream, -um pondus eius (ἀνὰ δραχμὴν ὁλκῆς, VVLG. inaures appendentes siclos duos). exod. 21, 32 (Lugd. Sulp. Sev. chron. 1, 18, 4) 30, 15 (Lugd.) 39, 2 (Lugd. Monac.) -a (δραχμή) una capitis dimidia pars sicli (*om.* VVLG.). lev. 27, 3. 4. 5. 6. 7. 16. 25 (Lugd. *cf.* AMBR. in psalm. 48, 16). num. 3, 47 (Lugd.) secundum -ghimum sanctum (δίδραχμον, VVLG. ad mensuram sanctuarii). deut. 22, 29 quinquaginta didragchama argentea (Lugd., didragmas argendi Monac., didragma argenti Aug. quaest. hept. 5, 34 [-gmas *T*, -gmata *V²*. *cf.* AMBR. apol. Dav. I 8, 42]). Ios. 7, 21 (Lugd. Lucif. non parc. 3 p. 214, 22 *cf.* AMBR. off. 2, 26, 129) CC argenteos (*leg.* -a) didragchma et ligulam unam auream L -orum. VVLG. II Macc. 4, 19 argenti -as trecentas (δραχμάς. 10, 20). Matth. 17, 24 accesserunt qui -a (τὰ δ.) accipiebant ... magister non solvit -a? (*cf. de hoc loco* HIL. in Matth. 17, 10 *sqq.* AMBR. in psalm. 48, 14 HIER. *ad l.* p. 135 AVG. serm. 155, 7 in psalm. 137, 16 epist. 83, 5 PS. AVG. quaest. test. I 79 LEO M. serm. 61, 1 SEDVL carm. pasch. 3, 316 op. pasch. 3, 26 MAR. MERC. Cyr. resp. p. 301). *L.*

***dīdūco,** -dūxī, -ductum, -ere [*a* dis- *et* ducere. *Th.*]. SERV. Aen. 11, 381 ʻdisʼ separantis est, unde et ʻ-ereʼ et ʻdistrahereʼ dicimus. DIFF. gramm. VII 526, 26 -ere a ducendo. *in codd. saepe confunditur cum* deduco, *q. v.* *de significatione*: SERV. Aen. 1, 224 deduco est prosequor, -o vero divido. AGROEC. gramm. VII 115, 15 deduco de amico producendo, -o autem est distraho (ISID. diff. 1, 166 *cf.* 1, 175 BEDA gramm. VII 269, 25). GLOSS. διάγω ἐπὶ τῷ διελθεῖν. παράγω. -ere distrahere. *legitur inde a* CATONE, *singulis locis*: BELL. Hisp. SALL. GERM. CVRT. SCRIB. LARG. PERS. CALP. ecl., *vocem apud antiquiores auctores satis raro usurpatam* (*ex. gr.*: CIC. 9ⁱᵉˢ, CAES. 5ⁱᵉˢ, LIV. 7ⁱᵉˢ), *frequentant* CELS. (55ⁱᵉˢ) *et* SEN. phil. (48ⁱᵉˢ), *deest ex. gr.*: RHET. Her. CATVLLO PVBLIL. NEP. TIB. GRATT. PHAEDRO ASCON. VAL. FL. MART. FLORO APVL. FRONTONI VVLG. [*loci dubii*: MANIL. 3, 285 tertiaque *hora* in quartas partes -itur (*Iacob*, sic ducitur *codd.*). 3, 396 -at (de- *al.*) proprias noctemque diemque per horas.]

I ***proprie (et in imagine) de motu atque partitione***:

A *i. q.* ***separare,*** *segregare, dissociare*: **1** ***aliquem***: **a** *generatim, i. q. aliquem aliorsum ducere, abstrahere*: BELL. Hisp. 41, 6 -bantur nostri. VERG. Aen. 5, 581 agmina terni -ctis solvēre choris. HOR. carm. 3, 9, 18 redit Venus -ctosque (de- *B 2*) iugo cogit aeneo (*cf.* PROP. 2, 7, 3 -ere amantes non queat invitos Iuppiter). SEN contr. 2, 2, 5 vivi non -rentur. 9, 3 (26), 3 pueri, non -am vos. SEN. dial. 5, 43, 3 interventus ferae latronem viatoremque -it. COLVM. 7, 6, 5 nec in pastione separatim laciniae *capellarum* -antur. QVINT. decl. 320 p. 256, 4 eventus nos -xit. PS. QVINT. decl. 2, 7 uxor est, quam iungit, quam -it utilitas. *sim.* QVINT. decl. 257 p. 50, 15 copulatos iam diu -is a n i m o s. PS. QVINT. decl. 9, 3 -ctas d o m o s *inimicitiis*. *in imag.*: OPT. PORF. schol. carm. 22, 1 mixta per amfractus -unt carmina Musae. *accedit abl. instrumenti*: LIV. *v. l. 66.* SEN. contr. 2, 2, 6 etiamsi repudio -cta fuerit. COLVM. 9, 9, 8 compluribus velut uberibus -ctum fuerit examen *apium*. STAT. Theb. 6, 415 spatio quo quisque valebat -cti. SIL. 9, 610 it fera ... et laxo -it limite turmas. QVINT. decl. 259 p. 56, 7 nulla causa, nullo -ctus (de- *A B*) est loco. *quo*: VARRO rust. 2, 6, 5 plerique (*asini*) -untur ad molas aut ad agriculturam (FRONTIN. aq. 117 amplum numerum utriusque familiae solitum ambitione aut neglegentia praepositorum in privata opera -i). SEN. dial. 10, 12, 2 qui iumentorum suorum greges in aetatium et colorum paria -it? COLVM. 8, 11, 7 mares -untur in sua quisque saepta cum feminis. *unde*: CIC. inv. 1, 109 disiunctio ... cum -aris ab eo. LIV. 6, 15, 9 *turbam* -itis (de- *S*) a me singuli beneficiis. OV. met. 4, 372 nulla dies ... me -at ab isto. EDICT. imp. Claud. de Anaun. (Corp. V 5050) 28 *genus Anaunorum* -i ab is (*sc. Tridentinis*) ... non possit. SEN. epist. 75, 8 qui proficit, in numero quidem stultorum est, magno tamen intervallo ab illis -itur. SIL. 14, 526 *socios* paribus pelago -ere ab armis. QVINT. decl. 259 p. 55, 29 eam -i a se. 335 p. 318, 25 a filio meo -ctus sum. PS. QVINT. decl. 14, 6 per quod maritos a coniugum caritate -as, per quod iuvenum mentes abiungas ab aliis fortasse meretricibus. ITIN. Alex. 88 satrapas ... irritamentis a sese -rent.

b *t. t. rei militaris*: **α** *i. q. copias dividere, diversis viis ducere*: CAES. Gall. 3, 23, 7 Crassus animadvertit suas c o p i a s propter exiguitatem non facile -i (*Iuntina*; de- *codd.*). 6, 34, 5 dimittendae plures manus -endique milites. civ. 3, 40, 2 *Pompeius* simul ex terra scalis et classe moenia oppidi temptans, uti adversariorum manus -ret (de- *O f*). SALL. Iug. 25, 9 sperans -cta (ducta *P*) manu hostium ... sese casum victoriae inventurum. LIV. 26, 41, 21 trifariam exercitum distraxere ... et -xere exercitus, quae patri patruoque meo causa exitii fuit. SIL. 9, 645 in certamina Paulo avia -cto. 15, 187

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

trinis ... agmina castris. FRONTIN. strat. 1,8,5 ne su⟨b ex⟩spectatione proelii -rent vires. 2,6,4 Hannibal . . . -ctis ordinibus fecit eis (*sc. Romanis inclusis*) potestatem abeundi. Ps. FRONTIN. strat. 4,7,31 ne . . . -cto exercitu vires minueret. TAC. hist. 4,46 *Vitellianos.*
β i. q. explicare copias ad pugnandum: CAES. civ. 3,111,2 simul enim -ctis copiis pluribus viis pugnabatur. LIV. 5,38,1 tribuni militum ... instruunt aciem -ctam in cornua (21,55,5 -cta [*Madvig*, deducte *P*] propere in cornua levis armatura est). 28,14,17 ita -ctis cornibus (31,21,14 extenuatam mediam -ctis cornibus aciem Gallorum vidit. LVCAN. 7,506 toto -xit cornua campo . . . eques). LVCAN. 3,580 Romana ratis robore -cto dextrum laevumque tuetur ... latus. FRONTIN. strat. 2,3,8 -ctis in latera viribus. 2,3,12 -xit ordines (TAC. Agr. 35 -ctis ordinibus, quamquam acies porrectior fuerat). TAC. hist. 3,16 -ctis in latera turmis vacuum medio relinquit iter. 3,25 Vitellianorum aciem, ut quos nullo rectore suus quemque impetus vel contraheret -retve (*Lipsius*, duceretve *codd.*). PANEG. 10,24 -cta acie irrevocabilem impetum hostis effundis. *sim. in pugna navali*: CAES. civ. 2,6,2 -ctisque (ded- *O f h*) nostris paulatim navibus. LVCAN. 3,547 iam -ctis extendunt cornua proris. *γ i. q. distrahere acies*: SEN. contr. 1,8,5 invadere hostes iubet, obstantes cuneos gladiis -ere (de- *O*). TAC. ann. 2,11 Stertinius et . . . Aemilius distantibus locis invecti, ut hostem -rent (*Rhenanus*, de- *M*).

2 *aliquid i. q. avellere, subtrahere*: **a** *absolute*: CELS. 4,15 cataplasmata primum quae reprimant, deinde quae -ant.
b *c. obi.*: CELS. 6,18,3 immature crustas -xit (6,7,7). 7,7,4 *unguem* manubriolo scalpelli -ere. 7,18 nervosas tunicas *inguinum* (7,19 digito manubriolove scalpelli -ctam inferiore parte tunicam. 7,21,1). 7,25,1 *cutis* -i deorsum usque ad pubem manu potest. SEN. dial. 8,5,5 quae ratio mersa et confusa -xerit. 11,13,1 quid artificiose ista -is quae singula sustineri possunt, collata non possunt? benef. 5,6,5 ista sidera hoc et illo -et (*vulg.*, deducit *N*) velocitas sua. 6,6,2 non separo illa nec -o, sed iniurias et beneficia ad eundem iudicem mitto. COLVM. 3,13,12 *ciconia* litem domini et conductoris sine iniuria -it. 7,4,5 *ovis* lana -enda (7,5,6).
nota: SEN. dial. 5,19,2 scelera sua tot locis ac temporibus -cta. 11,2,4 ne saevitiam suam fortuna leviorem -endo faceret.
c *unde*: CELS. 5,28,1 crusta (*v. l. 25*) undique a viva carne -cta. 7,6 *tunicam* a cute et carne. 7,7,3. 8 ab inferiore parte -cti pili sursum spectent. 7,20 pollex atque index venam et arteriam et nervum tunicamque eorum a superiore tunica -unt. 7,25,1 *cutem* ab interiore cole. 7,29. 31. 8,4. Ps. RVFIN. in Ioel 2,12—14 a pectoribus vestimenta. *nota in imag.*: CELS. 7 praef. p. 262,20 *haec pars medicinae* -cta ab aliis habere professores suos coepit (SCRIB. LARG. 200 partes medicinae ... nullo modo -i sine totius professionis detrimento possint). SEN. dial. 2,19,2 exteriora -ere (*Gertz*, de- *A*) a se. 3,7,3 ratio . . . tamdiu potens est quamdiu -cta est ab affectibus. 7,7,1 negant posse voluptatem a virtute -i. epist. 49,11 minimum esse, quo ⟨a⟩ morte vita -itur. 78,10 vir magnus ac prudens animum -it a corpore. QVINT. inst. 1,4,20 ipsum adhuc vocabulum ab appellatione -ret. 1,5,40 haec tria genera quidam -unt a soloecismo.
speciatim i. q. disiungere partes corporis: CELS. 1 pr. p. 7,30 *saeptum** membrana quadam superiores partes ab inferioribus -it (4,1 *saeptum* a praecordiis uterum -it). 7,9 *lineae* citeriorem partem ab ulteriore ex toto -ant. 7,18 p. 295,37 pondere . . . intestinum . . . nervosas tunicas . . . -it. 8,1 p. 323,19.

B *i. q. aperire, pandere, res corporeas inter se cohaerentes distrahere* (*cf.* GELL. 15,15,3 'passis manibus' et 'velis passis' ... significat '-ctis' atque 'distentis'): **1** *generatim*: PROP. 4,1,149 tremefacta cavo tellus -at hiatum (*cf.* OCTAVIA 725 -cta subito patuit ingenti mihi tellus. SEN. nat. 6,2,8 *humus* -itur et . . . rumpitur. TAC. ann. 2,47 -ctis [de- *M, quod defendit Pfitzner*] terris hauriebantur *homines*). OV. met. 13,264 vestemque manu -xit (*N²*, de- *M et plerique codd., cf.* 2,698 deducta veste). *cf.* CALP. ecl. 3,30 ambas -xi tunicas. SEN. nat. 1,3,2 vestimenta tendiculis -cta (*i. distenta a fullone*). MANIL. 1,718 num se -ctis (de- *codd., corr. Scaliger*) conetur solvere moles segminibus. SEN. Herc. f. 281 orbe -cto redi.
CELS. 7,12,6 *sermo* rimas (*labrorum*) cum dolore -endo sanguinem citat. PETRON. 26 per rimam improbe -ctam applicuerat oculum. 60 -ctis (*Scheffer*; de- *H*) lacunaribus (TAC. ann. 12,69 foribus palatii repente -ctis. EVTR. 9,18,2 -ctis lecticulae palliis. *cf.* Ps. QVINT. decl. 10,5 subito ante me -ctis constitit tenebris. 15,10 cuncta priscae noctis caligine operta -xerit). COLVM. 5,11,7 cuneum, quo -atur *truncus*, inserito. PLIN. nat. 17,251 *corticem* perpetuis incisuris -unt (de- *codd.*) ac veluti cutem laxant. GELL. 15,16,3 immissis in cavernas arboris digitis -ere et rescindere quercum conatus est. 15,16,4 quercus . . . in duas -cta partes. CELS. 7,15 recens vulnus paulum -ctum patitur (7,16 oras vulneris leniter -ere manibus. 7,27). VITR. 1,6,6 circino -cto ad punctum (*cf.* 1,6,12 a centro ubi est A -cto [de- *G H*] circino ad id signum umbrae ubi est B, circumagatur linea rotundationis. 3,5,7 circini centrum . . . alterum -atur ad extremum cymatium *eqs.* 9,7,2 -cto [de- *G H*] circino ab eo centro ad lineam planitiae. 9,7,3. 5. 6 circini centrum collocandum est eo . . . et -endum [de- *G H*] ad eum locum). *sim. de lineis a centro quodam ad diversa ductis*: CELS. 7,5,4 ab eoque foramine ad speciem litterae V contra telum os excidere sic, ut lineae, quae -untur, ad telum spectet. PERS. 3,56 quae Samios -xit littera (*sc. Y*) ramos.

2 *speciatim*: *membra corporis*: *os sim. alterius*: VARRO rust. 2,9,10 vehementius -untur malae (COLVM. 6,2,7 -ctis malis educito linguam). HOR. sat. 1,10,7 (*in imag.*) non satis est, risu -ere rictum auditoris. COLVM. 7,3,17 *agni* -ctum os. PLIN. nat. 32,36. SVET. Tib. 53 per vim. Ps. QVINT. decl. 17,17 recusantis ora. 19,11 miseri senis ora -is (*i. loqui cogis*). SOL. 4,4 *herba Sardonia* -it (de- *codd.*) rictu ora, ut qui mortem oppetunt, *multi* intereant facie ridentium. SCHOL. Pers. 3,15 commanducatos cibos -cto earum (*sc. avium*) rostro inserunt. *sui ipsius*: SEN. clem. 2,6,4 semper arridere ridentibus et ad omnium oscitationem ipsum quoque os -ere. PETRON. 73 usque ad cameram os ebrium. SIL. 3,194 immani faucis hiatu. IVV. 10,230 rictum. GELL. 5,9,2 -xit adulescens os clamare nitens. ARNOB. nat. 2,21 nec in sermonis alicuius similitudinem ora et labra -at nutrix. *labra*: SEN. benef 2,24,3 vix labra -xit et ingratior, quam si tacuisset, fuit. QVINT. inst. 9,3,81 labra et porriguntur male et scinduntur et astringuntur et -untur. PLIN. epist. 6,17,2 labra. QVINT. inst. 9,3,80 *nares* impulso subito spiritu excutere et -ere. *oculos*: TVBERO hist. 9 palpebras, ne conivere posset, sursum ac deorsum -ctas insuebant (CELS. 7,7,4 palpebram a ministro -i oportet. *ibid.* -endus cotidie oculus, ne cicatrice inter se palpebrae glutinentur. 7,7,5. 6). CVLEX 185 qua -cta genas pandebant lumina gemmis (STAT. Theb. 10,607 -cta putares lumina *Tiresiae*). SEN. epist. 122,2 -ant oculos hesterna graves crapula.
bracchia, pedes: VARRO frg. Gell. 16,16,4 bracchiisque -ctis. CIC. orat. 113 cum *digitos* -xerat (de- *A*) et manum dilataverat. PROP. 2,22,5 aliquis molli -it (de- *codd.*) candida gestu bracchia (STAT. silv. 3,5,66 molli -it bracchia motu). MANIL. 5,425 aequore mersas -et (de- *al.*, dicutet *al.*) palmas (*sc. in natando*). CELS. 7,32 *digiti* scalpello -untur. 8,22 in diversa pede et crure -ctis. *varia*: CELS. 1 pr. p. 7,30 *uterum* spirante homine posse -i (*cf.* Ps. QVINT. decl. 8,20 egesta saepe vitalia, pertractata, -cta sunt). 5,26,23 ubi satis -ctum est, medicamentum imponendum est. 7,5,2 caro -i debet ferramento. 7,7,9 cute -cta. 7,7,15 -ctisque per retusos hamos oris *cutis et saepe sim.* SEN. dial. 5,14,3 pectus filii in duas partes -ctum et cor sub vulnere palpitans (*cf.* PETRON. 111 ne perseveraret in dolore supervacuo ac nihil profuturo gemitu pectus -ret. SEN. Herc. O. 1669 mater in luctum furens -xit avidum pectus). Ps. QVINT. decl. 8,22 membra -cta composui.

C *i. q.* **discerpere in partes, partiri** (se -ere *v. l. 57, saepe* in *vel* ad, *abl. v. l. 56 al., dat. v. p. 1019,15*): **1** *res corporeas*: *liquidas*: CATO agr. 155 cum pluere incipiet, familiam . . . aquam -ere in vias . . . oportet. OV. trist. 1,2,21 quantae -cto subsidunt aequore valles (LVCAN. 3,632 aequora discedunt mersa -cta carina. AVIEN. orb. terr. 224 -cto pontus distenditur aestu). SEN. nat. 4,2,8 initio -itur *Nilus*, deinde continuatis aquis . . . stagnat (PLIN. nat. 6,120 Euphratem Gobaris praefecti -ctum esse ubi diximus findi, ne praecipiti cursu Babyloniam infestaret. QVINT. inst. 5,13,13 si vel maxima flumina in rivos ⟨-antur⟩ [*add. P²*]. TAC. ann. 1,79 amnis Nar . . . in rivos -ctus). FRONTIN. aq. 20 inde in usum urbis fistulis -untur. 21 rectus ductus . . . intra portam Esquilinam in altos rivos per urbem -itur. 23 per quot castella quibusque regionibus -atur (de- *codd.*) *copia aquarum*. ANTH. 471,5 -ctos potat levis area fontes. *in imag.*: CIC. de orat. 3,23 rivis est -cta oratio, non fontibus. *nota* se -ere: MELA 3,69 *Indus* ad laevam dextramque se -ens. AVIEN. Arat. 1468 (*in imag.*) se fusa supinato -at lumine in auras *Cynthia*. *solidas*: *aerem, nubes*: CIC. Arat. 202 opacam nubem . . . subitis auris -xerit Ara. LVCR. 6,215 ventus eas (*sc. nubes*) leviter -it euntes dissoluitque. SEN. nat. 1,2,6 qui stat aer, impelli et -i potest (*in imag.*: SEN. nat. 2,7,1 quidam aera discerpunt et in particulas -unt). 2,18 aeris -entis se corruentisque iactatio. 2,28,2 *nubes* in . . . aspera saxa et eminentia ita -untur. 5,6 *aer* modo spissat se, modo expandit et . . . alias contrahit, -it ac differt. PANEG. 3,9 -ctis nubibus ad itinera vestra derecti solis radii sequerentur.
humum, terram: VERG. georg. 2,354 seminibus positis superest -ere (*i. q. subvertere*) terram saepius ad capita. OV. met. 8,588 fluctus *Acheloi* marisque continuam -xit humum. LIV. 44,33,3 vix -cta summa harena erat (de- *V*). IVV. 10,153 -it scopulos et montem rumpit aceto. *i. q. dividere in*: COLVM. 1,9,8 si latior est ager, in regiones -endae sunt classes. PORPH. Hor. sat. 2,6,55 Triquetra: Sicula quod in tres partes, id est promunturia -cta sit et separata. *aedificia*: SEN. nat. 6,30,4 -ctis aedificia angulis vidimus moveri iterumque componi. epist. 30,2 in putri aedificio omnis iunctura -itur. PETRON. 124,266 omnis regia caeli in partes -cta ruit. *vestem*: CELS. 2,6 si manibus quis in febre . . . in veste floccos legit fimbriasve -it. 8,8,1 ne fascia -atur. QVINT. inst. 2,15,9 *corpus* speciosissimum alioqui -cta nudaverit tunica. IVV. 13,132 vestem -ere summam. COMM. instr. 2,32,8 vestimenta -is (*in plangendo*). *cf. p. 1017,62*. *corpora*: CELS. 7,26,2 sedilia et interiora crura inter se deligantur, ne -i possint. PLIN. nat. 11,157 *cilium* vulnere aliquo -ctum non coalescit. SOL. 1,56 applicita tabe -itur (de- *multi codd.*) paulo ante corpus unum *bitumen* (*in imag.*: QVINT. inst. 3,11,23

nec corpus orationis in parva momenta -endo consumet). *herbas*: LVCR. 2, 395 non tam -cta repente inter se possint primordia *olivi* ... permanare. OV. Ib. 609 robur -ere fissile. COLVM. 3, 11, 3 quaecunque gignuntur ... *radices* per summa terrae dispergunt atque -unt (*Vollmer*, dicuntur *SA*, deducunt *vulgo*). 4, 1, 1 geminis materiis unius seminis -ctis. 5, 6, 36 validam vitem in ramos -ere (de- *codd.* 5, 7, 3 in ramos). 12, 7, 4 flores, ne sint immodici, -i et partiri oportebit. *cibi*: CELS. 1 pr. p. 4, 22 crudam materiam, sicut assumpta est, in corpus omne -i. 3, 4 p. 81 ab integro corpore potissimum -retur. *adde*: QVINT. inst. 5, 13, 12 flamma ... -ctis quibus alebatur concidet. *vias*: MANIL. 2, 724 -xitque vias *natura*. CELS. 8, 1 p. 324 iter, procedendo flexuosum, iuxta cerebrum in multa et tenuia foramina -itur (*cf.* 5, 28, 12 *fistulae* an in plures partes -antur, cognosci potest ex modo puris). *varia*: LVCAN. 3, 535 *animam posse* cunctis sensum -ere membris. LVCAN. 5, 543 Phoebi -cta luce. PETRON. 22 -ctam fregerunt lagoenam. ARNOB. nat. 6, 16 Capitolinos Ioves (*i. statuas*) -ere in membra resolutos. SEN. nat. 5, 9, 4 *lux* densa -it ac tenuat. 6, 14, 4 *ventus* quidquid intravit -at ac dissipet. *nota*: OV. met. 2, 560 Aglauros nodosque manu -it (*i. q. explicare*). COLVM. 4, 17, 6 iugum in stellam decussari et -i (*i. q. flectere*). IVLIAN. dig. 37, 4, 13 hereditas in tres partes. GAIVS inst. 3, 121 in tot partes -itur inter eos obligatio.

2 *res incorporeas*: PROP. 1, 13, 19 non ego complexus potui -ere vestros (*cf.* SEN. contr. 2, 5, 1 nuptias tyrannicidium -xit, quas non -it tyrannus. SEN. dial. 4, 29, 2 amicitias cohaerentes. SVET. Otho 3 -cto matrimonio). CELS. 3, 21 -enda ratio curandi est. SEN. epist. 32, 2 -imus illam (*sc. vitam*) in particulas ac lancinamus. PLIN. paneg. 66 eandem speciem laudis -ere atque spargere. ARNOB. nat. 1, 3 novitas, quae tenorem perpetuum rerum dissociata continuatione -xerit. LACT. opif. 10, 3 acies oculi utriusque -itur et singuli videre incipiunt separatim. *i. q. disponere* (*in libris*): FRONTIN. aq. 2 ad universam rem pertinentia ... in ordinem et velut corpus -cta. strat. 1 praef. in tres libros (*ibid.* discreta). *aliter*: QVINT. inst. 4, 2, 82 quaedam argumenta turba valent, -cta (*i. seorsum considerata*) leviora sunt. *cf.* 5, 13, 12 quae turba valebant, -enda erunt (*syn.* dissolvere). *nota*: CIC. ac. 2, 19 intervalla aut contrahimus aut -imus (*i. q. aut minora aut maiora putamus*). *t. t. arithmeticae i. q. dividere in partes*: HOR. ars 326 longis rationibus assem discunt in partes centum -ere (SCHOL. Vind. *ad l.* id est diverso modo partiri assem longis rationibus). MANIL. 2, 294 licet in totidem partes -ere cuncta. 2, 697 bis senis numerus -itur omnis. MART. CAP. 7, 752 cuiusque numeri membra nominabo solidos numeros in quos is -i poterit, ut in duodecim fiunt.

II *translate de voluntate et qualitate*: **A** *i. q.* **abripere,** *auferre in diversa studia, factiones*: **1** *cum solo obi.*: SEN. contr. 2, 3, 8 multi me affectus -unt. **2** in *c. acc.*: VERG. Aen. 5, 720 in curas animo -itur omnes. CARM. de bell. Aeg. 34 partes animum -ctus in omnes. CVRT. 9, 1, 20 orta seditio in diversa consilia -xerat volgus (*cf.* PETRON. 41, 1 in multas cogitationes -ctus sum [de- *trad.*]. AMM. 20, 11, 24 imperator in varia sese consilia -ens et versans. 21, 13, 1 in rationes -batur ancipites. 26, 6, 14 in cogitationes varias. 31, 16, 1 in varias consiliorum vias). SEN. Med. 939 variamque nunc huc ira, nunc illuc amor -it (SIL. 6, 268 alternasque ferum -it in iras. TAC. hist. 2, 68 in studia. 4, 6). COLVM. 9, 9, 6 procerum seditione plebs in partes -itur (PETRON. 108 turbam -it in partes. PLIN. epist. 2, 19, 2 -ctumque in partes audientium studium. IVST. 15, 4, 23 in duas factiones). QVINT. inst. 10, 7, 9 in tam multiplex officium -ere animum. IVST. 41, 4, 2 -ctis Macedonibus in bellum civile. **3** *c. abl.* (*v. l. 54*): TAC. ann. 4, 17 -ctam civitatem ut civili bello. AMM. 26, 6, 9 curis -batur ambiguis. 29, 5, 7 sollicitudine -batur ancipiti. **4** inter: PS. QVINT. decl. 17, 1 inter tam varia tristissimaque fata consilio -ctus sum.

B *apud* **rhetores** *et* **grammaticos**: **1** *de partitione atque definitione* (*cf. l. 31 et p. 1017, 43*): CELS. 1 pr. p. 2, 20 in tres partes medicina -cta est. SEN. epist. 89, 9 in pauciora philosophiam et qui in plura -rent. CIC. inv. 2, 50 *loci* in contrarias partes -entur. SEN. dial. 10, 10, 1 quod proposui, si in partes velim et argumenta -ere. QVINT. inst. 6, 3, 17 *nomina* si -as, suam quandam propriam vim ostendent (7, 10, 1 in duas partes -atur intellectus nominis). 7, 10, 5 causa universa in quaestiones ac locos -enda est. 7, 10, 6 qui controversiam in haec -xerit, an ... an. SCHOL. Cic. Bob. p. 77, 9 -ens in utramque personam coniecturalem disceptationem, quae dividetur secundum artis oratoriae legem. BOETH. anal. pr. 1, 5 hanc huius orationis sententiam nullus in multas significationes -ere poterit. CELS. 5, 26, 31 genus *cancri* a Graecis -ctum in species est. SEN. epist. 71, 4 in particulas illud -ere. QVINT. inst. 2, 14, 5 omnia rursus -untur in species. 5, 10, 61. 94. GAIVS inst. 1, 188 in quot genera hae species -antur. 2, 2 summa itaque rerum divisio in duos articulos -itur (3, 88 [= INST. Iust. 3, 13, 1] *obligationum* summa divisio in duas species -itur. INST. Iust. 3, 13, 2). 3, 182 ex contractu obligationes in quattuor genera -antur. BOETH. in Porph. comm. sec. 5, 7 non solum genus ab specie, verum etiam a ceteris -unt et disterminant. in top. Cic. 1 p. 274, 16 -itur tota ratio disserendi in duas partes. *adde*: ORAT. imp. Claud. (Corp. XIII 1668) 1, 7 in quot formas statusque res p(ublica) nostra -cta sit. FRONTIN. aq. 117 familia in aliquot ministeriorum species -itur. *nota*: QVINT. inst. 4, 5, 24 divisionem in digitos -ctam (11, 1, 53 argumenta).

2 *de pronuntiatione*: CIC. part. 23 verbum in plura verba -itur (de- *codd.*). de orat. 3, 172 verba ... neve aspere concurrant neve vastius -antur. CHAR. gramm. I 275, 6 hyperbaton est dictio -cta verbis non suo loco positis. 275, 13 dialysis est cum ordo orationis interposita sententia -itur. FAV. EVL. p. 16, 19 diplasius ... sub exemplo senarii ac duodecimi numeri demonstret⟨ur⟩, quae inter se summae ... longius -untur. *de diremptione syllabarum*: SCAVR. gramm. VII 12, 5 significat ... 'nescio' 'non scio' -ctis in verbum et adverbium syllabis. VLT. SYLL. gramm. IV 263, 2. 21 diaeresis est ... cum in duas syllabas una -itur ut 'pictai'. MAR. VICTORIN. gramm. VI 147, 30 conexa -as ut Phaëton. FAV. EVL. p. 15, 3 *opp.* solvere.

part. perf. pass. pro adi. **dīductus**, -a, -um. **1** *i. q. solus, separatus ab aliis*: **a** *de animantibus* (*c. praep.* ab *v. l. 19*): SEN. epist. 55, 9 cum -i sumus. 102, 6 *homines*, per quos ista corpora efficiuntur, iure aut officio cohaerent, natura -i et singuli sunt. 113, 4 alter ab altero debet esse -us, ut duo sint. COLVM. 9, 8, 7 complura capita rivorum -as *apes* faciunt rariores (9, 9, 8). TAC. ann. 4, 2 lascivire militem -um (de- *M, ibid.* dispersas per urbem cohortes). PLIN. nat. 11, 64 subtrahitur itaque -ae multitudini (*sc. quae diversa abiit*). PS. QVINT. decl. 5, 2 filios ... in totam dissimilitudinem vitae quoque genere -os. 8, 13 quid non -i separatique fecerunt. **b** *de rebus i. q. sparsus, separatus*: LVCR. 3, 287 calor ac ventus seorsum seorsumque potestas aëris interemant sensum -aque solvant. CELS. 2, 8 magis mixtos neque inter se -os colores habet *sputum*. SEN. dial. 8, 4, 2 continua sit omnis et plena materia ... an -a. PANEG. 10, 27 quae -a ferre nequeas, his congregatis. AMM. 16, 10, 8 laminarum circuli ... per omnia membra -i. **2** *i. q. dissitus, spatio separatus* (inter *v. l. 38*): LVCR. 2, 316 quae possimus cernere, celent saepe tamen motus spatio -a locorum. VERG. Aen. 3, 419 pontus ... urbes litore -as angusto interluit aestu (GLOSS. IV 438, 22 *ad l.* divisas). SEN. dial. 3, 8, 3 separatas sedes -asque. benef. 6, 22, 1 intervallibus -a et in custodiam universi disposita. nat. 7, 12, 5 *stellae* sint ingenti regione -ae (*de stella Martis*: PLIN. nat. 2, 60 primus et secundus nonagenarius -us ab utroque exortu). MELA 3, 54 triginta sunt Orcades angustis inter se -ae spatiis. LVCAN. 2, 294 -ique fretis alio sub sidere reges (AMM. 22, 8, 33 a quibus per varia regna -i itineribus modicis Tauri). SIL. 1, 199 Herculeo dirimente freto, -a propinquis Europes videt arva iugis. CLAVD. 17, 51 nostro -a *Britannia* mundo. **3** *i. q. distentus, patulus* (*c. acc. graec. v. l. 46*): *de corporis membris*: GERM. 188 stat post Cynosuram -o passu (QVINT. inst. 11, 3, 159 aequi et -i paulum pedes. 11, 3, 160 stare -um, vel rigidum vel supinum. *cf.* AVIEN. Arat. 445 -a pedes tantum mensura seniles dividit). NEMES. cyn. 112 canis -a coxas. AVIEN. Arat. 467 *Andromeda* -a ulnas. *adde*: MANIL. 1, 341 *Cycnus* -as volitat stellatus in alas. *de aedificiis*: VITR. 3, 3, 1 incolumniorum spatiis ... rarius quam oportet inter se -is araeostylos *aedes*. QVINT. inst. 11, 2, 18 domum forte magnam et in multos -am (*i. apertam*) recessus. *de animo distento*: ARNOB. nat. 5, 23 -um, pallidum, saucium.

syn.: *ad I A*: dividere, distrahere, abiungere, separare. *ad I B*: aperire, rumpere, dilatare, pandere, distendere, dispellere, rescindere. *ad I C*: discerpere, findere, dissolvere, discindere, dissipare, partiri, lancinare, spargere. *ad II B*: disterminare, distendere, dividere. *opp.*: *ad I*: cogere, iungere, coniungere, contrahere, componere, conferre, continuare, comprimere, reprimere (CELS. 4, 15), impellere (SEN. nat. 1, 2, 6). *ad II*: conectere, colligere. -i: concurrere, corruere.

deriv: diductio.

dīductio, -ōnis *f. a* diducere. GLOSS. διαγωγή. παράστασις (de-?). παραγωγή. disputatio aut diminutio. *legitur inde a* CIC.

1 *generatim*: *i. q. divisio*: SEN. nat. 2, 9, 1 velocitas *spiritus* et -o. 3, 13, 2 in -e rerum. *i. q. distortio*: CAEL. AVR. chron. 1, 4, 64 diversa membrorum -o atque saltus. *i. q. diminutio*: CAEL. AVR. chron. 5, 11, 138 elimatio carnis atque -o. **2** *speciatim apud rhetores et grammaticos*: *i. q. divisio causae*: CIC. inv. 1, 18 ex hac -e rationis illa summa nascitur controversia. 1, 19 non potest ex -e rationis nasci iudicatio. *i. q. divisio vocabulorum et syllabarum*: CAPER gramm. VII 96, 11 si maiestas scribis, 'stas' in -e vocis esse debet non 'tas'. SCAVR. gramm. VII 16, 8 syllabarum -o ut 'pictai' pro 'pictae'. MAR. VICTORIN. gramm. VI 147, 25 -em syllabarum ad unitatem revoces. CHAR. gramm. I 275, 10 diacope est -o compositae dictionis interposito extrinsecus verbo (*cf.* DIOM. gramm. I 460, 31).

Rubenbauer.

? **diduor** *inter verba deponentia enumerat* PROB. app. gramm. IV 203, 38 (*conicitur* dignor). *cf.* NOT. Tir. 94, 29 diduit (*seq.* induit, perduit) *et* dido.

dĭdymus, δίδυμος. *i. q. geminus*: PRISCILL. tract. 3 p. 44, 12 Iuda apostolus ... ille -us domini. *cf. etiam nom. propr.* *nomen herbarum in* GLOSS. (didimus *vel* -os): auricula leporis. dictamnus. solago. *cf.* MISC. Tir. p. 67, 4 tidimo.

dīēcula, -ae *f.* [*a* dies *deminutive. Th.*]. CHAR. gramm. I 110, 13

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

qui vero feminino (*sc. genere dicendum putaverunt* 'dies'), catholico utuntur ... quod deminutio eius -a sit non dieculus (PRISC. gramm. II 158, 13 *cf.* EVGRAPH. Ter. Andr. 710). *sed* SERV. Aen. 2, 324 '-a' nihil praeiudicat *de genere voc.* '*dies*', quia multa deminutiva recedunt a nominibus, ut 'scutum' 'scutula' *eqs.* (*cf.* GLOSS. Plac. V 62, 1). DON. Ter. Andr. 710 et est ὑποκοριστικῶς '-a', hoc est tempusculum et sumitur ab eo quod est haec dies. -a mora et quasi dies parva. PS. ASCON. Verr. p. 128 dies feminino genere tempus et ideo deminutive -a dicitur breve tempus et mora. GLOSS. ἡμερίδιον ὑποκοριστικῶς. *i. q. brevis dies, mora*: PLAVT. Pseud. 503 illud *malum* erat praesens, huic erant -ae. TER. Andr. 710 tibi -am addo, quantum huic promoveo nuptias. CIC. Att. 5, 21, 13 commemorat, quid olim mali C. Iulius fecerit, cum -am duxerit. APVL. met. 1, 10 Medea unius -ae a Creone impetratis indutiis ... deusserat. 6, 16. 7, 27 DON. Ter. Andr. 603. Hec. 127 nec aliquam -am vel dilationem videt ad nuptias. PRVD. cath. 7, 98 paenitendi ... datur -a. VEN. FORT. Mart. 3, 95.

(diēculus) *v. l. 2.*

diēgēmaticos, -on, διηγηματικός. PROB. Verg. ecl. praef. p. 329, 10 omne carmen in tres characteres dividitur: dramaticum in quo personae tantummodo loquuntur, -on in quo solus poeta, micton in quo promiscue et poeta et persona (*cf.* FORTVN. rhet. 3, 9 p. 126, 9 EXPLAN. in Don. gramm. IV 487, 17). DON. Ter. Andr. 221 mire a -o ad mimeticum transit. Hec. 131. 805. διήγημα *graece*: DON. Ter. Hec. 148.

diēgēsis, διήγησις GLOSS. II 276, 49. FORTVN. rhet. 2, 16 p. 112, 5 species narrationis ... prima -is, quae narratio est principalis; est et antidiegesis *eqs.* *cf.* GLOSS. II 576, 59 desides (*vel* degesis) narratio. *graece*: SCHOL. Cic. Bob. p. 74, 16. 84, 6 DON. Ter. Ad. 42.

dielaeum *n. a* δι' ἐλαίου. INSCR. ocul. (Corp. XIII 10021) 211 -um len(e) ad siccam lipp(itudinem).

diēlectrum *n. a* δι' ἠλέκτρου. CAEL. AVR. chron. 2, 13, 166 quod *medicamen* appellatur -um.

diella *f. nomen herbae hyoscyami*: PS. APVL. herb. 5 Daci *vocant* -an (DIOSC. 4, 68 W. διέλλειναν, *v. l.* διέλειαν).

diennium biennium GLOSS. *a* di- *et* annus.

diēnōnī *etc. v. sub* dies. **dieo,** -ēre *v.* diesco.

ardea et **dieperdulum** bragra (*anglosax.*) GLOSS. *nomen avis.*

diephēbus NOT. Tir. 81, 91 (*antecedit* ephebus).

diērēctus, -a, -um [*orig. inc. quominus ex* *dir-e-rectus *dissimilatione factum putemus, quantitas vetat primae syllabae. Vossio (Etymologicon ling. lat. s. v) placet sic dici quasi* sub dio erectum *i. e.* in crucem actum. *Th.*]. *pro trisyllabo habetur*: PLAVT. Capt. 636 [Trin. 457]. PAVL. FEST. p. 69 -um dicebant per antiphrasin, volentes significare malum diem. NON. p. 49 -i dicti cruci fixi, quasi ad diem erecti. PLAVT. Capt. 636 quin quiescis? ⟨i⟩ -um cor meum, ac suspende te. Cas. 103 abi rus, abi -us tuam in provinciam, *vilice*. Curc. 244 lien -us⟨t⟩. :: ambula, id lieni optumum est. Men. 442 ducit lembum -um navis praedatoria. Merc. 184 in (*i.* isne) hinc -us? 756 abin -us? Most. 849 abin -a? Poen. 160 abi -us. Rud. 1170 quin tu i -a. *subst. n.* dīērēctum: VARRO Men. 133 apage in -um a domo nostra istam insanitatem. *adv.* **dīērēctē**: PLAVT. Bacch. 579 recede hinc -e. Most. 8 abi rus, abi -e, abscede ab ianua. Poen. 347 i -e in maxumam malam crucem. *dub.*: Trin. 457 abin hinc -e? (derecte *P*).

diēresis *v.* diaeresis. **dierme** *v.* deformis. *L.*

***diēs,** -ēī *m. et f.* [*idem vocabulum esse potest mutata flexione ac dei nomen* Dies-piter (*et* Iuppiter), *quod primo* 'caelum' *vel* 'caelum lucidum' *significasse docet ind.* dyauḥ 'caelum', *acc.* dyām = *lat.* diem (*umbr.* Dei '*Iovem*'), *cf. c.* dīus, nu-dius, diu, bi-duum (*v. Solmsen, Stud. zur lat. Lautgeschichte 191 sqq.*). *duas stirpes distinguendas esse censet Kluge (Zeitschr. f. deutsche Wortforsch. 8, 145 sq.), alteram* diu- *cum significatione lucendi, alteram* di-, *quae subsit vocabulis* dies *et* nun-dinae *necnon theodisc.* zīt *anglosax.* tīd, tīma *island.* tīmi '*tempus*', *got.* sinteins '*cottidianus*', *ind.* sa-dyáḥ '*eodem die*', '*modo*', adyá '*hodie*'. *cf. osc.* zicolom '*diem*', iīkůlůs *vel* ⟨d⟩iīkůlůs *acc. plur.* '*dies*', *hibern.* die *cambr.* dydd '*dies*'. *et v. Johansson, Bezzenbergers Beitr. zur Kunde der idg. Sprachen 18, 10. Th.*]. VARRO ling. 6, 4. duo motus ⟨...⟩ casu venit, quo tempus id ab hoc deo dies appellatur. (*de lacuna explenda v. Götz-Schöll ad l. et adn. p. 260.*) PAVL. FEST. p. 74 -es dictus, quod divini sit operis, sive ab Iove, eius ut putabant rectore, qui graece Δία appellatur, sive quod aer diurnus dehiscat in candorem. MACR. sat. 1, 15, 14 cum Iovem accipiamus lucis auctorem, unde ... et Cretenses Δία τὴν ἡμέραν vocant, ipsi quoque Romani Diespitrem appellant ut -ei patrem. GRAMM. suppl. 240, 15 -es dicitur a diis. CASSIOD. in psalm. 1, 2. *de significatu*: AVG conf. 11, 23, 30 -es dicitur non tantum mora solis super terram, secundum quod aliud est -es, aliud nox (*v. sub I A*), sed etiam totius eius circuitus ab oriente usque ad orientem (*v. sub I B*), secundum quod dicimus 'tot -es transierunt'. ISID. nat. 1, 1 -es gemine appellari solet: proprie a solis exortu, donec rursus oriatur, abusive a solis ortu, usquequo veniat ad occasum. GLOSS. ἡμέρα καὶ ἡμέραι. -ei ἡμέρας. -es pluraliter ἡμέραι. soles (*cf.* sol *et* VERG. Aen. 3, 203. GRAMM. suppl. 112, 20 quando ... 'soles' in plurali numero dicuntur, -es significat. *cf.* CORP. III 737 ἡελίοις ἐν τριάκοντα δύω). προθεσμία (*v.* -es statutus). cum multa significet, significat etiam tempus plerumque generale, quod et -es et nox comprehendatur.

de formis, scripturis, notis: PROB. cath. gramm. IV 5, 14 unde -es genere feminino declinanda est, quoniam nullum nomen Latinum invenitur generis masculini ablativo singulari producto terminatum. CHAR. gramm. I 31, 12 *quintae declinationis ordo* profertur per -es velut hic et haec -es, huius -ei (*cf.* EXC. Bob. gramm. I 547, 19). DIOM. gramm. I 304, 32 GRAMM. suppl. 90, 6. 117, 8. 244, 6 tetraptota, quattuor casus habentia, ut -es. PS. ASPER gramm suppl. 45, 2 sic (*sc. ut facies*) declinandum est -es. GLOSS. Plac. V 62, 2 ablativus casus producta e littera terminatur, ut ab hac -e. PORPH. Hor. carm. 1, 15, 34 'Vlixei' ... ad similitudinem ... -ei. *genet. sing.*: diei: ENN. ann. 236 PLAVT. Asin. 253 Capt. 800 Poen. 217 TER. Haut. 168. 212 LEX repetund. (Corp. I 198) 65 LEX Vrson. (Corp. II 5439) 2, 1, 10. *passim.* dies: ENN. ann. frg. 413 CIC. Sest. 28 (*secundum* GELL. 9, 14, 6 [VERG. georg. 1, 208 *v. infra l. 22*]) ITALA Mal. 4, 5 (Priscill. tract. 6, 109) CYPR. ad Donat. 16 VEN. FORT. Mart. 4, 100 CORP. III 44. die: CAES. anal. frg. (Gell. 9, 14, 25) C. Caesar in libro de analogia secundo 'huius -e' ... dicendum putat (*cf. poetarum locos p. 1024, 52 sqq.*). RHET. Her. 2, 4, 7. SALL. Iug. 52, 3 (-ei *B al.*). 97, 3 (GELL. 9, 14, 26 *P*, -ei *codd. plur.*). VERG. georg. 1, 208 (= AVSON. 368, 31 *cf. ad l.* GELL. 9, 14, 7 PROB. cath. gramm. IV 3, 16 ROMAN. Char. gramm. I 126, 31 PRISC. gramm. II 366, 9) OV. fast. 5, 682 LIV. 9, 37, 4 *pars codd.* 21, 47, 7. 26, 14, 5 *cod. P al.* CARM. de resurr. 41 PANEG. 10, 6 CAPITOL. Alb. 5, 8 AVSON. 361, 14 AMM. 20, 7, 5. 24, 2, 11 CORP. III 12036. *adde locat.* dze: INSCR. Dueni (Corp. I² n. 4) *cf. Bücheler, Rhein. Mus. 36, 237.* die: PLAVT. Men. 1156 -e septimi. Most. 881 Persa 260 CATO orig. 86 or frg. 19, 7 CAEL. hist. 25 POMPON. Atell. 77 RHET. Her. 4, 51, 64 GELL. 10, 24, 1. 3. 5. 8. 9. 10 MACR. sat. 1, 4, 2 *sqq.* dii: GELL. 9, 14, 4. CAEL. hist. 24 a (*incertum, utrum genet. an dat.*). VERG. Aen. 1, 636 (*cf.* SERV. auct. *ad l.*) AVSON. 371, 7. 12. 383, 2. *dat. sing.*: die: PLAVT. Amph. 276 (*testatur* SERV. georg. 1, 208, -ei *codd.*). 546 (-ei *trad.*). Capt. 464 (-ei *trad.*). Merc. 4 (-e *codd.*, dii SERV. auct. Aen. 1, 636). Trin. 843 (-ei *AP*). OV. fast. 5, 682 (ς, *traditur pro ablativo*) PANEG. 2 (10), 6, 5 p. 268, 6 Bähr.² CORP. VIII 9323. diei: INSCR. Rostowzew, tess. plumb. 65. *acc. sing.*: diee: CATO frg. inc. 61. diae: CARM. epigr. 1319, 4 (*Venafri*). *abl. sing.*: ζie: TAB. devot. Audollent 253, 10. 18. 20 *al.* diae: COMPVT. cod. Col. prol. 4 p. 229 *al.* CORP. V 4489, 6 (*Brixiae*) *al.* 5685ᴬ (*a 466*) sub diae. 5685ᴮ (*a. 547*). VI †32949. X 5654, 6 *et passim.* INSCR. Nuovo bull. crist. X 1904 p. 84. *genet. plur.*: diaerum: CORP. III 9887 (*in Dalmat.*) diae⟨rum⟩. X 623 (*Salerni*). *acc. plur.*: diaes: CORP. V 4410, 6 (*Brixiae*). VI 31951. XIII †7526 (*in Germ. sup.*). XIV 1793 (*Ostiae*). 1892 (*ibid.*). INSCR. christ. Kraus I 61. diis: INSCR. christ. Rossi I 749 (*a. 450*). dis: CORP. V †1691 (*Aquileiae*). VIII †23570. des: CORP. V 6244, 9 (*Mediol.*). dees: CORP. XII 1694 (*a. 496*). INSCR. christ. Leblant II 482 (*saec. V*). diens: CORP. XIII 5270 (*Augustae Raur.*). XIII †8485 vixit ... ⟨d⟩iens quattor. XIV 471 (*Ostiae*). zies: CORP. VIII 11099 (*in prov. Byzac.*). INSCR. Notiz. degli scavi 1888 p. 708 INSCR. christ. Rossi I 400 (*a. 392*) zi⟨es⟩. zis: CORP. VIII 23566. zi s (*i.* -es sex): INSCR. Revue archéol. 4 sér. VIII 1906 p. 476. *adde*: CORP. III 2225, 8 (*Salernis*) et ies tot. V †1667 (*Aquileiae*) z(ies) n(umero) VII. XI 6794 m(enses) III z(ies) XXIII. *abl. plur.*: diaebus: CORP. III 7148, 8 (*in Caria*). IX 1851 (*Beneventi*). XIV 1195 (*Ostiae*). dibus: CORP. VI 35548ᵃ dib(us) VIII. VIII 24759. 24934 INSCR. Ephem. epigr. VIII (*ad* Corp. X) p. 257, 4 INSCR. christ. Rossi I p. 282 (*a. 379*). debus: CORP. VI 32022. INSCR. Notiz. degli scavi 1908 p. 339 deb(us) XXII. zebus: INSCR. apud Mabill. p. 572 CORP. VI 23646. VIII 20786 z(ebus) v. XIV 1137 (*Ostiae*). *adde*: CORP. III 9173 (*Salonis*) die(bus) v. XII 2731 (*in Gall. Narb.*). XIV 603 (*Ostiae*). 1692 (*ibid.*). INSCR. christ. Rossi I p. 443 (*a. 397*) Ø Mercuri. *formae Graecis litteris scriptae*: CORP. X 719, 5 (*Surrenti*) ΔЄΙ Η *i. di(es) VIII.* CORP. X 2145, 5 (*Puteolis*) ΔΙΗC *i. dies.* INSCR. christ. Rossi I p. 11 (*a. 269*) δειε Βενερες. *ibid.* μορτουα αννουωρωμ VL εδ μησωρων XI δενρων X. TAB. magica Revue archéol. 4 sér. II 1903 p. 175 ομνιβους διηβους. *ibid.* αδ διεμ μορτις. TAB. devot. Audollent 231, 2 ε⟨ξ⟩ αχ διη. 231, 30 τωτα διε. 253, 10 *v. supra l. 39.* GLOSS. iurispr. cod. Paris. gr. 1357ᴬ ἰν δίεμ. *apices*: CARM. epigr. 1262, 4 (*Romae*) te festínans apstulit atra diés. CORP. V 4489, 12 díebus Parentalior(um). VIII 24787 dece coniunctis bis ter cum fine díebus. X 1761 (*Cumis*) díebus. 6009, 7 (*Minturnis*) supremus fécit iúdicium diés. XIV 1692 (*Ostiae*) ⟨di⟩é(bus). INSCR. Notiz. degli scavi 1906 p. 147 (*Romae*) ⟨vixit m⟩ens. IIII diés XXIIII. *notatur passim* d.

de genere: *de plurali semper masculino* (*sed v. p. 1023, 68 sqq.*): CHAR. gramm. I 31, 13 sciamus pluraliter feminine 'hae -es' et 'has -es' non oportere nos dicere, quamvis singulariter feminine dicamus. DIOM. gramm. I 304, 32. PRISC. gramm. II 365, 13 -es ... in singulari numero tam masculini quam feminini generis invenitur, ut (*LVCAN. 2, 98 VERG. Aen. 4, 169. 2, 324*), in plurali vero semper masculini invenitur 'hi -es'. III 475, 21 GRAMM. suppl. 130, 20. 133, 23 -es festi *Vergilius* dixit masculino genere, non festae (*Aen. 2, 324*).

de singulari: VARRO frg. Char. gramm. I 110, 15 Varro autem distinxit, ut masculino genere unius -ei cursum significaret, feminino

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

autem temporis spatium. NON. p. 522 -em volunt, cum feminino genere dicimus, tempus significare; masculino -em ipsum. nos contra invenimus. PS. ASCON. Verr. p. 128 -es feminino genere tempus et ideo deminutive diecula dicitur breve tempus et mora. -es horarum XII generis masculini est, unde 'hodie' dicimus quasi 'hoc -e'. SERV. auct. Aen. 2, 554 -es si tempus longum significat generis feminini est. 2, 324 '-es'... si feminino genere ponatur, tempus significat, ut (*5, 783*) 'quam nec longa -es'; si masculino, ipsum -em. et de masculino genere tria observanda sunt: in qualitate, numero, adverbio; in qualitate 'serenus -es' dicitur...; numero (*126*) 'bis quinos silet ille -es'...; adverbio 'hodie', non 'hac -e'. ceterum diecula nihil praeiudicat *eqs.* (*cf.* GLOSS. V 62, 2). 5, 783 'quam nec longa -es' id est longum tempus: de quo licet melius feminino genere dicamus, tamen et masculino dicimus. nam de certo -e masculino tantum utendum est. *cf.* 10, 467. *aliter*: PROB. inst. gramm. IV 89, 19 item quaeritur, -es cum per omnes casus ad e productum pertinere reperiatur, qua de causa Vergilius -em et masculino genere pronuntiarit. quare hoc monemus, quod sint aliqui, qui hoc asseverandum esse senserunt, quod -es ideo feminino genere pronuntietur, quod in deminutione diecula facere inveniatur: item hac de causa -es masculino genere asseveretur, quoniam in numero plurali melius sonare reperitur, ut puta optimi, non optimae -es. nunc nos hoc monemus, quoniam quaecumque nomina in nominativo casu numeri singularis per unam mutam sonare audiuntur, ... haec et generi masculino subiecta esse reperiuntur. *aliter*: PROB. nom. gramm. IV 210, 6 observabimus *de genere -ei* secundum veteres hanc differentiam, qui spatium diurnae lucis significantes τὴν ἡμέραν masculino genere dixerunt, ut (*VERG. Aen. 2, 248*); feminino autem genere absolute tempus (*Aen. 5, 783*); -es cum praesens tempus significat, generis est masculini, cum praeteritum aut futurum, feminini, ut (*Aen. 6, 745*). *aliter*: SERV. auct. Aen. 1, 732 quidam volunt masculini generis '-em' bonum significare, feminini malum. ISID. diff. 1, 279 -es masculini generis bonum tempus apud veteres indicabat; feminini malum, velut in Iob (*VVLG. Ier. 20, 14*) 'maledicta -es' (= GLOSS. V 190, 1). *aliter*: SERV. gramm. IV 434, 13 -es secundum regulam tantum feminini generis est..., quod autem dicimus genere masculino, ratio persuasit adverbii: nam hodie dicentes quasi hoc -e significamus *eqs.* *cf.* DVB. NOM. gramm. V 577, 23. CLEDON. gramm. V 46, 17 haec regula quintae declinationis feminini generis est, ut haec -es magis feminino genere declinanda sit, quam masculino, licet Vergilius utrumque dixerit. POMP. gramm. V 190, 30 -es debet secundum definitionem generis esse feminini, sed legimus etiam hic -es *eqs.* PRISC. gramm. II 158, 12 in 'es' productam, si sint quintae declinationis, feminina sunt. excipitur unum '-es'.... in plurali vero semper masculinum invenitur: non enim incertum tempus videtur significare, quod plerumque in feminino genere invenimus numeri singularis. ideo autem diximus 'plerumque' quod invenitur in usu et pro certo tempore femininum et pro incerto masculinum e contrario (*sequuntur VERG. Aen. 2, 324 LVCAN. 3, 138 STAT. Theb. 1, 638*). *aliter*: PROP. cath. gramm. 4, 1 excepto uno cómmuni duum generum, masculini et feminini, hic et haec -es, huius -ei. DON. gramm. IV 375, 33 sunt ... nomina incerti generis inter masculinum et femininum, ut ... -es. DIOM. gramm. I 327, 11 PS. ASPER gramm. suppl. 40, 2. GRAMM. suppl. 84, 24. 245, 17 *al.* CHAR. gramm. I 110, 8 -es communis generis est. qui masculino genere dicendum putaverunt, has causas reddiderunt, quod -es festos auctores dixerunt, non festas; et quartum et quintum kalendas ...; et cum hodie dicimus, nihil aliud quam hoc -e intellegitur. qui vero feminino, catholico utuntur, quod ablativo casu e non nisi producta finiatur *eqs.* 110, 16 (*ex Varrone, v. p. 1022, 83sqq.*) secundum distinctionem dixit Vergilius (*Aen. 2, 324*) 'venit summa -es' i. e. tempus et (*Aen. 4, 169*) 'ille -es primus leti' pro uno -e. tamen et feminino genere -ei spatium significat, cum ait (*Aen. 5, 104*) 'expectata -es aderat'. CONSENT. gramm. V 345, 25 nam inter masculinum et femininum sunt haec nomina, ... -es: utroque enim genere lecta inveniuntur, quamvis in quibusdam certa observatio sit, ut alterutro genere enuntientur. PS. ASPER gramm. suppl. 46, 24 feminini generis saepe ... -es: ... †nuptiae: nam singularem numerum non habent. *in universum per totam latinitatem certa norma de generibus investigari nequit. in plurali semper masculinum ponitur his paucissimis exceptis locis: titulo orationum Catonis* (ROMAN. Char. gramm. I 199, 28 M. Cato -erum dictarum de consulatu suo [202, 23 *al.*]). IREN. 2, 24, 5 haberent *menses* praefinitas tricenarias -es. PANEG. 7 (6), 9 longissimae -es et nullae ... noctes. *feminino omnes fere scriptores significant tempus (v. p. 1032, 50sqq. excipiuntur ex. gr.:* TVRPIL. com. 158 LVCAN. 3, 139 STAT. Theb. 1, 639 CALP. decl. 2), *itemque optimi scriptores omnes et posteriorum plerique -em forensem vel temporis punctum negotio alicui gerendo praestitutum atque spatium temporis, quod usque ad id est, nec non saepius -em in epistulis, tabulis sim. additum (v. locutiones et iuncturas huc pertinentes). reliquas vocis -ei notiones hi masculino significare solebant, sed ita ut etiam interdum femininum adhiberent, id quod multo etiam frequentius fecerunt poetae dactylici scriptoresque posterioris aetatis (cf. E. Löfstedt, Kommentar zur Peregrinatio Aetheriae 1911 p. 192 sqq.). de singulis scriptoribus subiunxi conspectum. (in numerando omissae sunt et pluralis numeri formae et omnes loci ad fastos pertinentes, in quibus utrisque paucissimis exceptis semper masculinum positum est. [de plurali v. p. 1023, 68sqq., in fastis legitur femin.:* PROSP. chron. I p. 479, 1352 -e undecima kalendarum Maiarum. CORP. VIII 9642 una -e kalendarum Ianuariarum.]).

	masc.	*fem.*		*masc.*	*fem.*
LEX XII tab.	2	—	CVRT.	90	4
LIV. ANDR.	2	—	SCRIB. LARG.	21	—
ENN.	6	—	ASCON.	30	5
NAEV.	1	—	LVCAN.	31	27
PLAVT.	105	10	PETRON.	22	5
TER.	28	1	LAVS Pis.	—	2
CATO	12	2	CALP. ecl.	—	2
VARRO	79	2	PLIN. nat.	241	20
CIC. orat. rhet. phil. carm. frg.	384	46	VAL. FL.	15	13
„ Att. epist. ad Q. fr. ad Brut.	279	29	SIL.	22	20
CATVLL.	7	1	HOMER.	2	3
LVCR.	—	5	STAT.	34	47
CAES.	133	17	MART.	24	6
HIRT. BELL. Alex. Afr. Hisp.	64	1	QVINT.	39	4
SALL.	29	2	IVV.	6	4
NEP.	24	1	TAC.	126	31
VERG.	17	20	PLIN. iun.	82	1
CIRIS MORET. AETNA	2	3	SVET.	96	6
HOR.	24	5	FLOR. epit.	21	—
TIB.	4	7	APVL.	37	24
PROP.	17	12	*in* ITALAE *triginta locis, quos praesto habeo, legitur masc. 21ies, fem. 9ies, qui loci plerumque genus* ITALAE *oppositum habent in* VVLG.		
OV.	44	105	MIN. FEL.	2	2
LIV.	805	143	TERT. vol. I. III	25	19
MANIL.	12	10	COMM.	8	5
VITR.	23	—	SOL.	27	6
PAVL. FEST.	50	2	SCRIPT. hist. Aug.	38	53
SEN. rhet.	40	5	ITIN. [Silv.]	9	90
GERM.	—	2	AVIEN.	11	13
VELL.	15	8	AVSON.	20	14
VAL. MAX.	36	2	AMM.	66	2
CELS.	191	—	VEG. mil.	7	3
PHAEDR.	7	—	HIER. epist.	9	12
SEN. phil.	260	20 (*non epist.*)	VVLG.	343	615
OCTAVIA	9	3	AVG. civ.	84	2

de mensura: formae bisyllabae per correptionem ponuntur apud scaenicos: PLAVT. Amph. 549 Aul. 380 Cas. 320 Men. 155. 1156 Mil. 743 Persa 260. 402. 768. 773 780 Poen. 497. 758. 1180 Pseud. 165. 234 Rud. 380 Trin. 581. 843 TER. Andr. 705 Hec. 185 POMPON. Atell. 77. *formae bisyllabae apud poetas scaenicos (cf. p. 1022, 20)*: PLAVT. Capt. 800 diei (*versum iteravit paululum immutatum* TER. Eun. 801). *cf.* Poen. 1207 diebus. *tres syllabae servatae sunt*: diēī: PLAVT. Asin. 253 Poen. 217 (*cum elisione*). TER. Haut. 168. 212. diērum: TER. Haut. 909. diēbus: PLAVT. Capt. 168 Men. 36 Most. 238 Truc. 643 TER. Andr. 104 Hec. 143. *apud poetas dactylicos* diei *pro iambo legitur*: Q. CIC. carm. frg. 2 noctisque -eique. AVSON. 153, 72 PAVL. NOL. carm. 5, 72 VEN. FORT. carm. 7, 21, 13. *pro anapaesto*: VEN. FORT. Mart. 3, 433.

legitur inde ab INSCR. Dueni. *v. etiam nom. propr.* Dies. [*loci incerti*: CATO agr. 150, 2 BELL. Hisp. 2, 1 PLIN. nat. 2, 90. *falso legitur*: PLAVT. Most. 823 TITIN. com. frg. 147 NEP. Att. 4, 5 PLIN. nat. 1 ind. 33.] [*val.* zi, *it.* dì, *francog. vet.* di, *hisp.* dia. *M.-L.*]

dispositio materiae:

I *certum temporis spatium.* **A** *strictiore sensu* (*opp.* nox). **1** *proprie infra l. 77.* **2** *translate*: **a** *solis splendor sim. p. 1027, 56.* **b** *aether, caelum p. 1028, 51.* **c** *animi habitus p. 1028, 68.* **B** *latiore sensu i. q. dies* XXIV *horarum.* **1** *generatim p. 1028, 74.* **2** *speciatim*: **a** *-es forensis p. 1031, 14.* **b** *-es epistulae p. 1031, 53.* **c** *-es natalis p. 1031, 73.* **d** *-es hebdomadis p. 1031, 75.* **e** *vitae -es p. 1032, 9.* **f** *-es mortis p. 1032, 32.* **g** *-es febris p. 1032, 47.*

II *i. q. tempus, aetas.* **A** *generatim p. 1032, 51.* **B** *speciatim i. q. vitae tempus p. 1033, 14.*

III *iuncturae p. 1033, 31.* **IV** *structurae p. 1052, 5.*

I ***certum temporis spatium:*** **A** ***strictiore sensu: id temporis spatium, quod sole illustratur*** (*opp.* nox). **1** ***proprie:*** SVET. frg. p. 149 -es est solis praesentia. HYG. astr. 4, 19 p. 120, 13 -em nobis definierunt quamdiu sol ab exortu ad occasum perveniat. IREN. 2, 22, 1 de -e quae duodecim horarum habet spatium. 2, 22, 2. 2, 24, 5 *-es* a novem horis usque ad XV ascendit. LACT. inst. 7, 14, 12 *p. 1027, 39.* HIL. in Matth. 5, 13 -em esse labentium temporum cursum luce solis illuminatum, quem nox interiecta discri-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

